



**Pia, brevis & perspicua expositio controuersiae de duabus  
naturis in Christo, deq[ue] praesentia corporis & sanguinis  
eius in Eucharistia.**

<https://hdl.handle.net/1874/427030>

4

Pia, breuis & perspi-  
cua expositio controuersiaē de  
duabus Naturis in Christo, deq; vera  
praesentia corporis & san-  
guinis eius in Eu-  
charistia.

IN QVA RESPONSVM D. THEO-  
DORI BEZAE VBZELII DE CARNIS CHRI-  
sti omnipresencia contra D. Ioannem Brentium inscriptum, re-  
futatur: & ea, quae Bullingerus contra eiusdem D.  
Brentij Recognitionem anno superiore in  
lucem adidit, refelluntur.

A V T O R E

Iacobo Andreae D. Praepo-  
sito & Cancellario Academiae  
Tubingensis.

T V B I N G A E,

1 5 6 5.



I.  
**I L L V S T R I S S I**  
**M O P R I N C I P I A C D O M I N O,**  
 DOMINO CHRISTOPHORO, DVCI VVIR-  
*tenbergensi ac Teccensi, Comiti Montispelie*  
*gardi &c. Domino suo clemen-*  
*tissimo*

**I A C O B V S A N D R E Æ D.**  
*gratiam & pacem in Christo,*  
*Iesu.*



Voties de controuersia longè gra *Controuersia de*  
 uissima cogito, Princeps Illustris *cœna Domini*  
 sine, in negotio Sacramenti cœ *pernitiosa.*  
 nœ Dominicæ exorta, toties mi-  
 hi miserabilem faciem Ecclesiæ  
 Christi ob oculos pono, quam vis  
 deo hoc certamine adeo distra-  
 ctam, vt eius colligendæ exigua spes appareat. Et  
 durissimam rationem Deo reddituros non dubito,  
 qui huius mali, tantiq; in Ecclesia offendiculi causa  
 extiterunt, quo aduersarij ad opprimendam veritas-  
 tem Euangelicæ Doctrinæ passim abutuntur.

Vt cunq; autem culpam hanc in nos deriuare co- *Lutherani non*  
 nentur, quos in hac ipsa controuersia habemus aduers *sunt authores*  
 sarios, Ecclesiam tamen intelligere existimo, quam *controuersia de*  
 non fuerint nostri huius tragediæ authores. Simpli- *cœna Domini.*  
 cem enim orthodoxæ, & catholicæ Ecclesiæ doctri-  
 nam de cœna Domini iam inde ab initio reuelati E-  
 uangelij



uangelij recitauimus, eamq̄ per gratiam Dei haec  
 nus fideliter in Ecclesijs nostris custodiimus. Hanc,  
 quos uocant, Zuingliani, quibus potuerunt rationi-  
 bus oppugnare conati sunt, quibus resistendum fuit.

*Brentius fide-  
 lis assertor do-  
 ctrinae caelestis  
 de caena Do-  
 mini.*

*Causa, cur au-  
 thor D. Beza  
 respondeat.*

In hoc certamine, cum duce Christo, reuerendus  
 vir D. Ioannes Brentius multis annis suum officium  
 diligenter fecisset, ac strenuum se militem praestitisset:  
 passim contra ipsum aduersarij insurrexerunt.

Quoniam autem, quod ad rem ipsam attinet, a  
 se, qua fieri potuit diligentia & pietate explicatam,  
 aduersarios nihil asserre uidit, quod iam antè vel à  
 Luthero, vel ab alijs suis symmictis non semel esset  
 confutatum, suo se officio satisfecisse ratus, mihi &  
 author & hortator fuit, ut eandem contra aduersarios  
 breuissimo scripto repeterem, eamq̄ cum subinde  
 magis magisque ab aduersarijs inuoluatur, perspicue  
 explicarem, ac simul etiam. criminationibus eorum  
 responderem.

Id cum superiore semestri aduersus D. Theodo-  
 rum Bezam facere coepissem, quando eius libri tria  
 folia, in quibus cardinem controuersiae huius expli-  
 care nititur, in manus meas peruenerant, idem mihi  
 nunc maxime faciendum existimauit: ut Ecclesiarum  
 nostrarum doctrinae sinceritas apud externos uindi-  
 cetur, quam in suo scripto D. Beza multarum haere-  
 searum ream agit. Ego autem non tam doctrinam asse-  
 rendam, quam etiam aduersus ipsius criminationes  
 reuerendum virum & in Christo patrem nostrum  
 obseruandum, D. Ioannem Brentium de Ecclesia  
 Christi optime meritum, eiusq̄ ministerium, doctrina-  
 nam & pium laborem tuendum existimaui, quem  
 tanq̄

tanquam blasphemum dogmatis autorem passim traducit. Postremo etiam quoque Theses, quas Tubingæ, de hoc ipso negotio publice discutiendas proposui, quam nihil habeant impietatis, explicandæ & defendendæ erant, quas non minus, quam ipsius D. Brentij scripta Beza arrodit, & execrandas esse passim clamitat.

Expedit autem me, qua possum breuitate & modestia: sedulo operam daturus, ut in primis negotium ipsum, qua fieri potest perspicuitate exponam: de quo Ecclesia Christi iudicabit.

Initium & status huius certaminis fuit de vera *Scelus contro-* presentia corporis & sanguinis Christi in Sacramento *uerſæ princi-* cœnæ Dominicæ, quam nos (ut vocant) *palis.* Lutherana: palis. ni asserimus semper, Zuingliani negarunt.

Confirmatio sententiæ nostræ petita est ex veris *Confirmatio præ-* bis cœnæ Dominicæ: Accipite manducate: Hoc est *sententiæ corporis* corpus meum, quod pro vobis traditur: Hic est *et sanguinis* sanguis meus, qui pro vobis effunditur in remissionem *Christi in cœna* peccatorum. Quæ cum sint verba Testamenti, & *Domini.* *Matth. 26.* timæ voluntatis Christi, satis plana & perspicua, de *Mar. 15.* eorum sententiâ sicut & veritate minimè dubitant *Lucæ 22.* dum docuerunt nostri, quin Christus verè iuxta *1. Corin. 11.* sententiâ & promissionem horum verborum suum corpus & sanguinem cum pane & vino cœnæ Dominicæ distribuât omnibus, qui Sacramento utuntur.

Zuingliani contra, hanc non posse esse germanam *Zuingliano-* verborum Christi sententiâ, contendebant, *rum opinio et* quæ cum articulo fidei nostræ expresso pugnet: in *præcipua eius* quo profiteamur, Christum vero suo corpore in cœlis *ratio.* lum ascendisse, & ibi ad dexteram Dei Patris collocatum esse: Ideoque verba cœnæ explicanda esse iuxta



phrasim & sententiam Sacramentorum veteris Testamenti, quæ rem non exhibebant, sed significabant tantum: Ita etiam panem & vinum cœnæ significare tantum corpus & sanguinem Christi absentis, & in cœlum recepti.

*Præcipua quaestio de corpore Christi in negotio cœnæ.* Omisissis ergo verbis cœnæ Dominicæ (de quorum sententia disputabatur) controuersia omnis ad hanc quaestionem deuoluitur: An corpus Christi possit simul in duobus aut pluribus locis esse? Zuringhiani simpliciter & pertinaciter semper negarunt: quandoquidem cum veritate corporis pugnaret, quod natura sua semper finitum sit & circumscriptum, ubicunq; esset.

*Per corpus Christi quid intelligatur.* Lutherus contra, non modo fieri posse affirmabat, vt corpus Christi, hoc est, Christus secundum humanitatem (nam per corpus Christi integram humanam naturam, quæ anima & corpore constat, intelligimus) simul & eodem tempore in pluribus locis esset: sed etiam facilimum Deo esse, demonstrauit.

*Triplex corporis Christi consideratio.* Veruntamen ne quis statim in limine erraret, aut hanc præsentiam corporis & sanguinis Christi ad regulas rationis humanæ tanquam absurdam exigeret, corporis Christi triplicem rationem statim ab initio huius controuersiaæ diligenter distinxit, qua omnes aduersariorum rationes & argumenta euertit.

*I. Corporis Christi physica ratio.* Prima est physica, naturalis, corporalis & circumscripta, qua corpus Christi natura finitum simul & eodem tempore vnum tantum locum occupauit. Quæ ratione docuit, Corpus Christi semper fuisse loco circumscriptum, vsq; ad resurrectionem, in qua omnes infirmitates deposuit, & corpus ipsius gloriosum est factum.

Secunda ratio est, qua corpus Christi pro natura & proprietate corporum gloriosorum, & spiritualium consideratur: quæ etsi eo modo non circumscribantur, quo physica corpora, proprietate tamen substantiæ finiuntur, ut neque sint ubique, sed alicubi, ubicunque sint. Hanc docuit esse rationem corporis Christi nunc in cælo, quam etiam perpetuo retinebit. Et iuxta hanc rationem, corpora nostra ipsius corpori glorioso in resurrectione conformia fore, ex sententia Apostoli, *Phil. 3.* affirmavit.

II.

*Corporis Christi  
consideratio in  
gloria.*

Tertia ratio corporis siue humanitatis Christi est, qua Christus propter humanitatem assumptam ad dexteram virtutis & Maiestatis Dei collocatus esse dicitur. Quæ sessio sicut ipsa quoque Dextera virtutis & Maiestatis Dei, non est localis aliqua ex loco in locum mutatio, aut collocatio, sed infinita virtutis Dei participatio, in quam natura humana personali vnione est assumpta. Iuxta hanc tertiam rationem affirmavit Lutherus, Christum non modo secundum diuinitatem, verum etiam secundum humanitatem in pluribus & omnibus locis presentem esse, siquidem non ad partem dextræ Dei, quæ indiuisibilis est & æternos, sed ad totam dexteram collocatus sit. Ideoque aut vnitatem personæ solui, aut totum Christum ubique præsentem esse demonstravit.

III.

*Consideratio cor  
poris Christi ad  
dexteram Dei.*

*Sessio ad dex-  
teram Dei.*

Hic coeptum est de vnione personali, quid sit, & quantum humanæ naturæ per eam accedat, disputari. Zuingliani hoc mysterium ita explicarunt, ut dicerent, per *αὐτὸν*, hoc est, verbotenus proprietates naturarum de se inuicem prædicat



*αμοιωσις verbalis prædicationis.*

prædicari: quam figuram Beza interpretatus, affirmat esse prædicationem quæ verbotenus fiat, hoc est verbalem & grammaticam, qua videlicet proprietates diuinæ Naturæ de humana in persona Christi verbotenus tantum, & nulla ratione realiter prædicentur. Vt cum dicitur: Christus est omniscius, Christus est omnipotens, Christus est ubiq; præsens: hoc dicitur de persona propter diuinitatem, quæ ita sola sit omnipotens, omniscia & ubiq; præsens, vt nullo modo aut ratione de humanitate Christi verè affirmari possit, siquidem nulla ratione omnipotens, omniscia, aut ubiq; præsens esse aut fieri possit.

*D. Lutherus αμοιωσις explosit.*

*Humanam naturam quomodo Lutherus omnipotentem dixerit.*

*Qualem præsentiam corporis Christi D. Lutherus asseruerit.*

D. Lutherus contrarium asseruit, & hanc *αλλοιωσις* damnauit, atq; explosit, vt, quæ Naturas in Christo separet, & personam diuidat. Et hanc prædicationem non dixit esse verbalem, sed realem: siquidem re ipsa aliquid accedat humanitati Christi per vnionem personalem, qua non verbotenus, sed reuera effecta sit in summam sublimitatem supra omnes creaturas: & ipsa quoq; suo modo, hoc est, personaliter effecta sit omnipotens, videlicet hoc modo, quod *λογος* siue Verbum, aut filius Dei omnipotens omnia per illam efficiat & administret, quæ sunt in cœlo & in terra: & hac ratione nullo loco à filio Dei separata sit.

Atq; hoc modo D. Lutherus præsentiam corporis Christi in cœna non docuit, quæ fieret aut pro physici aut gloriosi corporis ratione, quibus corpus Christi absolute & per se definitur: sed propter aliud, videlicet propter vnionem personalem ei hanc maiestatem tribuit: vt Christus iuxta humanitatem verè quoq; in pluribus adeoq; omnibus locis adsit: eo videlicet

## VII.

licet modo, quo in vnitatem personæ eius humanitas à filio Dei non in hunc vel illum locum, sed in infinitam suam virtutem & Maiestatem est assumpta. Et si enim in commemoratione secundi modi, præsentia corporis Christi mentionem facit, eo ipso tamen nihil aliud demonstrare voluit, quàm corpus Christi sine omni circumscriptione locali, cum pane cœnæ præsens esse: cuius modum per Maiestatē confirmavit, Deo relinquens alios quàm plurimos modos, quibus adesse possit etiam Christus iuxta humanitatem, secundum quam ad dextram Dei collocatus est. Sic per secundum modum, qui gloriosis corporibus tribuitur, veritas naturæ humanæ, per tertium autem, Maiestatas humanitatis, (quæ nullo loco est circumscrip̄ta) asseritur.

Postquam verò diu pugnatum est, tandem quæ sit *Decisio controversæ* vera vnionis personalis definitio, & quodnam proprium eius discrimen, quæsitum est, in quo Beza factus *discrimine vnionis personalis posita est.* tetur totius controversiæ discrimen consistere: id quod meo iudicio rectissimè statuit. Si enim ex scripturæ fontibus cognouerimus, quæ sit personalis vnio duarum naturarum in Christo, etiam de ipsius Christi secundum humanitatem in multis & pluribus locis præsentia, adeoque carnis & sanguinis eius Sacramentali manducatione, de qua tot annis litigatum et acerrimè pugnatum est, facile constabit.

Sit igitur hoc vnicum totius controversiæ caput propositum, quod Domino volente ea perspicuitate explicare conabor, vt sperem, etiam mediocriter institutos eam & facillè intellecturos, & de tota controversia quàm rectissimè iudicaturos esse.



VIII.

Personam Christi duabus naturis constare, diuina & humana, extra omnem controuersiam positum est: sed quæ sit & qualis earum unio, disputatur. Cum enim diuina natura filij Dei sit in humanitate assumpta, quæ est in omnibus rebus, quæ sit huius præsentia differentia, quaritur. Quod enim alij dicunt: filium Dei sua diuinitate ita esse in humanitate Christi, quod humanitas à diuinitate sustentetur & gestetur, idem scriptura de alijs quoque hominibus & creaturis affirmat: In ipso sumus (inquit Apostolus,) in ipso uiuimus, in ipso mouemur. Eadẽ scriptura testatur, Verbo virtutis suæ Deum patrẽ omnia sustentare. Alij uero dicunt: Deum in Christo homine habitare, singulari modo, tanquam in suo templo. Sed idem de Sanctis & electis Apostolus quoque docet: An nescitis inquit quoniam membra uestra templum sunt Spiritus sancti, qui in uobis est, quem habetis à Deo, & non estis uestri.

Utrumque ergo uerè de humanitate in Christo dicitur, quod à diuinitate gestetur, & quod Deus in ipsa habitet, tanquam in suo templo: sed uerum discrimen his differentijs nondum exprimitur, ideoque insufficientis hæc est descriptio.

III. Alij ad discrimen hoc denotandum dixerunt: Deum in Christo esse substantialiter & essentialiter, quibus uocabulis interpretati sunt illud Apostoli: In ipso inhabitat omnis plenitudo Deitatis corporaliter. Sed hæc non minus sunt generalia, quam illa priora. Nam ubicunque Deus est, uerè, substantialiter & essentialiter est. Est enim immutabilis totus in omnibus rebus, non diuisus: ideoque non tantum donis suis est in sanctis.

I.  
Aliquot opinioniones de unione personali.

Acto. 17.

Psal. 32.

II.

1. Cor. 6.

III.  
Caluinus in Epistolam ad Col. 2.

Deus ubique essentialiter.

## IX.

sanctis, sed essentialiter, & substantialiter præsens, sua dona illis confert: & essentialem præsentiam Dei in rebus omnibus etiam ipsi Philosophi affirmant, adeo nullum inter Christianos de hac certamen est.

Ulterius progressi, discrimen verum in eo constituerunt omnes: vnionem personalem affirmantes talem conjunctionem duarum Naturarū in Christo, qua constituatur vnum *ἑν ἰσὺς ἰμὲν ἢ*, id est, subsistens. Sed id erat etiam ignotum per æquè ignotum explicare. Hoc enim quæritur maxime, quæ sit ratio, quod diuina & humana natura vnum subsistens, hoc est, vnā personam constituent; an aliquid humana natura ex hac vnione acceperit: an verò sit res de solo nomine & titulo tantum.

Et hæcenus quidem in hoc consenserunt omnes: vnionem hanc, sola diuinitatis præsentia in humanitate Christi non posse definiri. Quoniam Deus quoad se, suamque essentialitatem, & respectu sui ipsius, cum sit immutabilis, eodem modo omnibus rebus adsit. Constituenda igitur erit talis vnio duarum naturarum in Christo, quæ toto genere ab omnibus alijs, maxime verò illa discernatur, qua in omnibus sanctis suis habitat, & vnum cum illis efficitur, de qua ipse Christus inquit: Ego claritatem quam tu de disti mihi, dedi eis, vt sint vnum, sicut & nos vnum sumus, Ego in eis, & tu in me, vt sint consummati in vnum. Et Paulus: Qui adhæret Domino, vnus Spiritus est.

Ea verò non in nuda præsentia, sed communicatione diuinitatis consistit: qua nimirum duæ

IIII.

*Deus quoad se & respectu sui omnibus rebus eodem modo adsit. Ioan. 17.*



*V.* *Vera & plena vnionis personalis definitio.* naturæ concurrentes in vnam personam, vnum subsistens constituunt, ita, vt humanitas non sit quidam separatū aut per se subsistens, sua, scilicet, natura, sed subsistat in persona filij Dei, qui eam sibi in vnitatem suæ personæ vniuit, eamq; sua maiestate ornavit: vt, quemadmodum Cyrillus loquitur, totam Verbi operationem suscepit, vt esset vnus Christus, constans duabus naturis, diuina & humana, verus Deus, & verus homo, sine omni naturarum & proprietatum earundem confusione.

*Similitudo anime & corporis à Patribus introducta.* Huius vnionis cum nullum per omnia conueniens exemplum in natura rerum existeret, (est enim mysterium summum) Doctores Ecclesiæ similitudine hominis, (qui anima & corpore constat) explicare conati sunt. Cyrillus inquit: Placuit in illo inhabitare omnem diuinitatis plenitudinem corporaliter, id est, tanq; in proprio corpore: nostrum enim corpus proprium sibi fecit.

*Athanasius.* Aptissima sanè similitudo, quæ hoc mysterium ita nobis adumbrare potest, vt qui mediocriter attendat, se facile hac tota controuersia explicare queat. Athanasius in suo Symbolo inquit: Quemadmodum anima rationalis & caro sunt vnus homo, ita Deus & homo sunt vnus Christus, non conuersione diuinitatis in humanitatem, sed assumptione humanitatis in Deum. Idem loquuntur & sentiunt Iustinus Martyr, Cyrillus et D. Augustinus. Quod ideo monere voluimus, ne Christianus Lector existimet, hanc similitudinem à nobis introductam, aut recens excogitatam, qua Doctores Ecclesiæ in Mysterio hoc illustrando, sunt vsi.

Videa:

XI.

Videamus ergo, qua ratione Cyrillus scripserit, *Quomodo filius quod filius Dei habitet in humanitate Christi, tanquā Dei humanita- in proprio corpore: & quomodo nostrum corpus sibi re assumptā sibi propriū fecerit.*

Animæ & corporis eiusmodi est vnio, qua neq; corpus in animam, neq; anima in corpus commutatur, sed manent naturæ inconfusæ. Deinde quod ad proprietates animæ attinet, eiusq; potentias, eedem quoq; cum proprietatibus corporis non miscentur aut confunduntur, & econtrā.

*I.*  
*Similitudine anima et corporis in homine explicatur vnio personalis duarū naturarū in Christo*

Ita & in Christo duarum naturarum, diuinæ & humane, talis est vnio, qua neq; diuinitas in humanitatem, neq; humanitas in diuinitatem permutatur: similiter quoq; proprietates naturarum non miscentur, sed quælibet suas proprietates retinet inconfusas.

*In Christo nulla est naturarum aut proprietatum confusio.*  
*II.*

Deinde in animæ & corporis vnione, anima suas proprietates sine omni confusione, corpori communicat, dum suas potentias per corpus tanquam organum exercet: qua ratione anima forma corporis esse dicitur, quæ corpus suarum potentiarum communicatione informat. Sunt autem potentia animæ quatuor, vegetandi, sentiendi, mouendi, intelligendi. & hæ potentia ita sunt propria animæ, vt sint ipsius essentia. Anima enim nihil aliud est, quàm hæ suæ potentia: & potentia animæ sunt ipsa anima, in qua non potest dici, h'c est potentia sentiens, illic intelligens: anima enim in partes non est diuidua, sed tota est, quicquid est. Sic tota uidet, tota audit, tota loquitur, tota intelligit, & nihil secundum hanc vel illam partem suæ essentia facit.

*Anima suas potentias quomodo corpori communicet.*

Sic quoq; diuinitas suas proprietates habet, quæ sunt



*Proprietates diuinitatis sunt  
essentia Dei.* sunt ipsius essentia. Est enim ipsa omnipotentia, sapi-  
entia, iustitia, bonitas, & quæcunq; de eius essentia di-  
ci possunt.

Quemadmodum autē anima omnes suas potentias  
corpori hoc modo communicat, quòd per corpus illas  
potentias omnes exercet, & sine eo secundum naturā  
cursum nō exercet, quamdiu est in corpore: Ita quoq;  
Filius Dei diuinæ naturæ proprietates communicat  
naturæ humanæ assumptæ, vt per eam omnia suæ om-  
nipotentia opera faciat: quoniam personaliter sibi  
eam vniuit, & ita associauit, vt vnā personam ambæ  
naturæ constituant.

*Qua ratione ani-  
ma suas poten-  
tias corpori com-  
municauerit.*

Comunicationis autem non ea est ratio, qua anima  
se se ita in vniuersum corpus effundat, vt per se habeat  
vel acquirat corpus potentias, quæ essent similes po-  
tentijs animæ essentialibus, à quibus hoc solum differ-  
rent, quòd potentia animæ essent naturales, & subs-  
tantiales, potentia autem corporis, quas accepisset  
ab anima, essent accidentales & donata: atq; hoc mo-  
do duplices & separatae constituerentur potentia ani-  
mæ in quolibet homine, (hoc enim non nisi mente  
captus affirmaret.) Sed ita suas proprietates commu-  
nicat anima corpori proprio & non alieno, vt eas in  
se ipsa retinens per organa disposita exerceat, & non  
seorsim à corpore per se & suapte natura, sine corpore  
assumpto.

*Quomodo diui-  
nitas humana  
ei communicauit  
rit suas proprie-  
tates.* Sic quoq; Ecclesia de personali vnione diuinæ na-  
turæ in Christo cum humana docet, quòd diuina na-  
tura omnes suas proprietates communicauerit natu-  
ræ humanæ in vnitatem personæ assumptæ, non eo  
modo, quasi diuinitas effuderit aliquid extra se acci-  
dentia

## XIII.

dentarium, quod esset simile suæ naturæ, nec tamen sit ipsa natura, id quod fieri non potest: sed hoc modo, quod diuina per humanitatē assumptam omnia sua opera, suamque virtutem exerceat, quemadmodum anima suas potentias per corpus proprium.

Quemadmodum ergo oculus non videt propria aut aliqua virtute ab anima sua naturali separata, sed ex virtute animæ naturalis, hoc est, ipsa anima videt per oculum: ita humanitas Christi nihil operum omnipotentia diuinæ ex seipsa aut per seipsam facere potest, sine natura diuina, cum qua in filij persona est vnita, sed diuinitas per humanitatem Christi omnia facit omnipotenter.

Fit igitur hæc communicatio, per accidens, non *Discrimen inter* naturaliter, sed personaliter, quod discrimen disertè *ex accidens natu-* rale & personaliter *applicandum est, cū hac in parte multi errent, qui minus rectè de hac vnione sentiunt, & loquuntur. Id exemplo le-* commodissimè declarari potest, quod aduersarius nos- ter Beza profert. In melle inest dulcedo, quādo igitur mel cum aqua miscetur, aqua etiā acquirit dulcedinē quandā, quæ dulcedo est accidēs in substantia aquæ, propter quam commixtionem aqua & mel suam ap- pellationem amittunt, & dicuntur *ιδρομελι*, mulsum, vnum videlicet ex duabus naturis confusis compos- situm.

Ita abitantur quidam, filium Dei proprietates di- uinæ naturæ effundere in humanam naturam assump- tam, vt fiat aliquid ex duabus naturis confusum & compositum, quod neque Deus sit neque homo, sed alie- quid tertium, diuinus videlicet homo, qui neque purus homo, neque purus Deus sit.

Sed



XIIII.

Sed qui talia de *κνωσι* & *ἰδιωματάς* diuinæ naturæ sentiunt, toto cœlo, vt dicitur, errant, & Eutychetis doctrinam ab inferis resuscitant.

*Quomodo natura diuina suas proprietates humane communi-  
cauerit.* Non enim naturalis, sed personalis est hæc communis natio, qua diuina natura nihil simile suæ naturæ effundit in humanam naturam, quod à diuina natura separatam, humanæ naturæ inhæreat, & accidat: sed ipsa sese in humanam naturam ita effundit, quemadmodum anima in corpus, vt per vnionē hanc sibi humanam naturam coniungat, quemadmodum anima corpus, per quam humanitatem, omnem suam Maiestatem in rebus creatis exerceat.

*Explicatio testimonij Cyrilli.* Quemadmodum autem corpus sine anima mortuum est, nihil sentit, non mouetur, non vegetat, nihil agit, sed instar trunci est: ita humana natura, per se, extra hanc vnionem, nihil eorum facit, neq; potest facere, quæ filius Dei per eam facit: quæ non sunt naturalia, sed personalia, hoc est diuinę Maiestatis opera. Hanc vnionem D. Cyrillus his verbis complexus est: Filius Dei inquit nostrū corpus sibi proprium fecit, hoc est, quemadmodum anima per proprium corpus, & nō alterius hominis, omnes suas potentias exerceat: sic filius Dei hanc humanitatem (corpus & animā) quam in vtero D. Virginis assumpsit, ita fecit sibi propriam, vt per eam omnia faciat, & opera personæ sint vtriq; naturæ cōmunia. Tota enim persona facit omnia, non altera natura tantum, sed ambę simul: vna videlicet diuina, quæ facit: & humana, per quam facit omnia, sicut anima per corpus.

*Cyrill. in Ioan. lib. 4. cap. 23.* Id quod ipsemet Cyrillus alio in loco interpretatur: Caro, inquit, non ad corruptibilem suam naturam,

XV.

ram, iunctū Dei verbum detraxit, sed ipsa ad melio-  
 ris virtutem eleuata est. Quamuis ergo natura carnis  
 vt caro est, viuificare nequeat, facit tamen hoc, quia  
 totam Verbi operationem suscepit. Corpus enim est  
 non cuiusuis hominis, cuius caro prodesse quidē po-  
 test, (non enim Pauli aut Petri, aut cæterorum,) sed  
 ipsius vitæ & saluatoris nostri Iesu Christi corpus, in  
 quo Deitatis plenitudo corporaliter habitat, facere  
 hoc potest. Et iterum: Spiritum hęc ipsam carnem  
 nuncupauit, non quia naturam carnis amiserit, & in  
 spiritum sit mutata, sed quia summè cum eo coniun-  
 cta, totam vim viuificandi hausit. Et iterum: Spiri-  
 tus per seipsum viuificat, ad cuius virtutem caro  
 per coniunctionem conscendit. Et iterum: Ver-  
 bum humanitatem iunctam, totam in seipsum ita  
 reduxit, vt indigentia vitæ possit viuificare, &c. has  
 ctenus ille.

Quid his verbis sibi velit Cyrillus, animæ & cor-  
 poris similitudo aptissimè explicat. Quemadmodum  
 enim corpus nihil eorum præstare potest sine anima,  
 quæ potest præstare animæ coniunctum, per se enim  
 non videt, nō audit, non olfacit, non gustat, non sens-  
 tit tactu: quando autem animæ coniunguntur, oculus  
 suo modo videt, auris audit &c. quia per vnionem  
 illam essentialem, quam Beza etiam appellat perso-  
 nalem, eleuatum est corpus in virtutem melioris na-  
 turæ, animæ nimirum, per quam, aut cuius communis  
 catione ipsum corpus viuit, & vim hausit ex eadem,  
 vt oculus ex virtute animæ videat, auris audiat, & sic  
 milia faciat corpus.



## XVI.

*Anima omnes  
suas proprietates  
communicat  
corpori.* Neque est, ut nobis dicant aduersarij, animam quae  
dam tantum proprietates corpori communicare.

Corpus enim cum sit instrumentum animae, ideo nulla potentia animae sine instrumento vim suam exerit. Ita nisi oculus sit naturaliter dispositus, anima non videt; nisi aures sint naturaliter dispositae, anima non audit, & sic de reliquis omnibus, maxime vero de potentia intelligendi, si cerebrum non sit naturaliter dispositum, anima vim intelligendi non exerit.

Quemadmodum igitur oculi, per vnionem animae cum corpore, qui per se videre non possunt, eleuati sunt (ut verbis Cyrilli utar) ad vim melioris naturae, hoc est, animae, ut videant, hoc est, anima per oculos videt: ita cerebrum corporis, quod per se tantum intelligit, quantum oculus sine anima videt, per vnionem cum anima eleuatum est in eam virtutem, ut factum sit organum intelligentiae, sicut & cor intelligens dicitur; (Dedi tibi cor tam sapiens et intelligens, ut tui similis ante te non fuerit, inquit Dominus ad Salomonem,) quia videlicet sine hoc instrumento anima, quam diu est in corpore in hac vita, non intelligit, quo laeso, impeditur intelligentia hominis, quamuis per se cerebrum non sit intelligens.

Haec non modo ab eruditis, sed etiam a rudissimis quibusque possunt intelligi, quibus cerebrum non est laesum aut concussum: quae si ad personalem vnionem referas duarum naturarum in Christo, reddent mysterium admodum illustre.

Quae enim est comparatio corporis ad animam, ea est

XVII.

ea est quoque comparatio, imò longè inferior humani-  
tatis, utpote creaturæ ad diuinitatem, tanquam crea-  
torem. Et si enim humana natura per se aliquid intelli-  
gat, ea tamen intelligentia, si conferatur cum intelli-  
gentia Dei, minus est quàm cerebri ad animam, quod  
per se prorsus nihil intelligit. Quæ enim est propor-  
tio finiti ad infinitum? creaturæ finitæ, utcumque in-  
telligentis, ad creatorem infinitæ intelligentiæ; nulla  
est, inquam, proportio.

Quando igitur filius Dei naturam humanam per  
assumptionem personalem sibi fecit propriam secun-  
dum ipsius Cyrilli explanationem, extulit eam in in-  
finitam illam vim intelligendi & viuificandi: ut non  
sola natura diuina deinceps, sed & humana, hoc est,  
tota persona nunc eo ordine viuificet, quo dictum est,  
totum hominem, non modo anima, sed etiam corpore  
omnia facere. Quia λόγος per humanitatem & cum  
humanitate assumpta omnia facit, sicut anima per  
corpus.

Quemadmodum ergo (videre) non est opus solius  
animæ, sed animæ cum oculo, & oculi cum anima  
commune: ita omnia opera Christi, quæ fecit in ter-  
ris, non sunt solius diuinæ naturæ, sed etiam humanæ  
opera. Quod enim cæcis visum restituit, mutis facul-  
tatem loquendi, leprosos mundauit, mortuos suscitauit,  
uit, aliaque quàm plurima miracula fecit, hæc omnia  
à sola quidem diuinitate sunt profecta, sed per huma-  
nitatem Christi, (quam in vnitatem personæ assump-  
sit) effecta.

Hanc doctrinam de communicatione proprietatis



XVIII.

*Philip. 2.*

*Confirmatio do-  
ctrinae de Maie-  
state hominis  
Christi, per scri-  
pturam testimo-  
nia.*

tum diuinæ naturæ in persona Christi explicat Apostolus in Epistola ad Philippenses, ubi sic scriptum legitur: Is affectus sit in vobis, qui fuit in Christo Iesu, qui cum esset in forma Dei, non rapinam arbitratus est, ut esset æqualis Deo. Forma Dei, Deum ipsum significat, sed non absolutè, verùm ea ratione, qua humanitatem Christi quasi informat. Ideo Apostolus non dicit: Qui cum esset forma Dei, sed ait: Qui cum esset in forma Dei. Aliud enim est ipsa forma Dei, aliud: esse in forma Dei, quorum tamen utrumque est Christus. Nam secundum diuinitatem Christus est forma Dei ipsissima, quæ neque augetur neque minuitur, sed secundum humanitatem est in hac forma Dei: & hac ratione potest sese interdum magis, interdum minus, interdum prorsus non exerere, pro eo ut Domino visum est. Sicut anima interdum potest altero tantum oculo videre, aut nihil prorsus videre: altera tantum aure audire, interdum nihil prorsus: interdum loqui, interdum facere, & interdum simul nihil horum agere, ut fieri solet in somno: Ita diuinitas potest sese per humanitatem exerere quando vult, interdum plus, interdum minus, interdum nihil prorsus: cum tamen ab ea minus recedat, quam anima à corpore, quæ per mortem à corpore separatur: cum diuinitas ab humanitate assumpta nunquam separetur.

*2. Cor. 5.*

Forma ergo Dei, quæ est ipse λόγος, facit per hominem Christum omnia, & est omnia, non autem seorsim aut sine humanitate facit omnia, sed per humanitatē. Sic alio in loco scribit idem Apostolus: Deus erat in Christo, mundum reconcilians sibi. Opus redemptionis nostræ,

XIX.

nostræ, est Dei opus, non tantum hominis opus, quia homo solus non potuisset nos redimere ab ineffabili ira Dei. Verum non est etiam solius Dei simpliciter opus, sed opus Dei hominis. Deus, inquit Apostolus, erat in Christo, id est in humanitate Christi. Et sic Deus in isto homine, siue per istum hominẽ nos redemit, passus in carne, id est, in natura, qua poterat pati: sed non sola, verum personaliter cum Deo vnita carne.

Reducta ergo est humanitas Christi in eam *Maiestas humanitatis Christi.* statem, qua nunc habet omnia opera cum Deo communia. Quia λογος sine humanitate assumpta nihil facit. Interim manet ingens discrimen non modo naturarum, verum etiam proprietatum: cum λογος omnia faciat per hominem, homo autem virtute του λογου, non separata aliqua virtute, aut seorsim sibi parta, sed ea virtute, quæ est ipsius Verbi siue filij Dei propria & naturalis,

Hinc etiam intelligitur, quàm perperam dictum sit: Christus facit hoc vel illud secundum diuinam naturam, sine humana natura. Perinde enim est, ac si quis diceret: homo videt anima sine oculis: audit, sed sine auribus: intelligit, sed sine cerebro, quo nihil potest dici magis absurdum. Sic affirmare, Christum adesse secundum diuinitatem, & pascere nos suo spiritu, sine sua humanitate personaliter presente, non minus absurdum est affirmare. Quoniam Deus & homo constituent vnum personale, ratione cuius personalitatis Filius Dei se ita vniuit humanitati, vt sine ipsa presente nihil facere velit.

Diligenter autem memineris Christiane lector, *Discrimen vniouis, anima cum* quod dico: Filium Dei sine humanitate nihil agere,



*Discrimen vni-* agere, ad obseruandum discrimen vnionis anime cum  
*onis anime cum* corpore. Nam anima, quamdiu est in corpore, sine or-  
*corpore, & diui-* ganis corporis nihil potest facere, sine oculis non po-  
*nitatis cū huma-* test videre, sine auribus nihil potest audire, sine cereb-  
*nitate in Chris-* bro non potest intelligere. Diuinitas autem omnia  
 flo. posset sine humanitate, sed non vult separatas habere

ab ipsa actiones, quin omnia cum ipsa & per ipsam  
 faciat. Ideoq; anime & corporis est essentialis vnio  
 ex partibus constituta: sed diuinæ & humanæ naturæ  
 in Christo est vnio personalis, in qua diuinitas sine  
 humanitate potest omnia præstare, nec humanitate  
 indiget, quam voluntate assumpsit.

*Præsentia per-*  
*sonalis excellen-*  
*tior, quam natu-*  
*ralis.*

Nec verò opus est naturali & physica illa præsen-  
 tia, quæ suis dimensionibus definitur: sed personalis  
 sufficit, personalis inquam præsentia, quæ multis mo-  
 dis excellit naturalem & carnalem, quam solam hu-  
 mana mens cogitare, & illam alteram nulla ratione  
 comprehendere potest. Hæc enim personalis præsen-  
 tia non est localis, quia natura humana non est loca-  
 liter assumpta in vnitatem personæ, sed, vt Cyrillus  
 loquitur, ad melioris virtutem eleuata, vnde viuificans  
 di vim hausit.

Hæc maiestas, ad quam eleuata est, & ratione cuius  
 ipsa quoq; facta est caro Christi viuifica, plurimis scri-  
 pturæ testimonijs confirmata est.

*Col. 2.*

In ipso, inquit Apostolus, inhabitat omnis plenitudo  
 Deitatis corporaliter. Vna est in Christo Deitas, natu-  
 ralis illa & æterna, hæc habitat in Christo *ὁ θεὸς ἁληθινὸς*,  
 corporaliter, quasi informauerit humanitatem Christi,

*Matth. 28.*

quam sibi propriam fecit, vt posthac communes sint future  
 actiones Dei & hominis. Sic data est Christo secun-  
 dum

XXI.

dum humanitatem omnis potestas in cœlo & in terra, quia λόγος personaliter sine isto homine suam potestatem non vult exercere. Sic in Christo sunt omnes thesauri sapientiæ & scientiæ reconditi, quia hic homo est proprius, qui per vñionem hanc venit in participationē omnis sapiētīæ, & sciētīæ. Quod enim dicit, se diem nouissimū ignorare, in statu exinanitionis suæ loquutus est, quia ad tempus euacuauit hanc maiestatem, sicut Apostolus loquitur, quamuis à λόγῳ nunquam fuerit desertus. Sic cum dicit: Ego sum vobiscum vsq; ad consummationē seculi, Christus testatur, secundum humanitatem se peruenisse in participationē maiestatis & virtutis, qua Deus omnibus rebus adest.

Col. 2.

Esa. 40.

Maiestas sessionis Christi ad dexteram Dei. Eph. 1.

Hæc est maiestas sessionis Christi secundū humanitatem ad dexteram Dei, de qua Apostolus scribit: Sedere eū fecit ad dexteram in cœlestib. supra oēm principatū ac potestatem, & virtutē, & dominiū, & omne nomen, quod nominatur, nō solum in seculo hoc, verum etiam in futuro: & omnia subiecit sub pedib. eius: & eū dedit caput super omnia ipsi Ecclesiæ, quæ est corpus illius, completum eius, qui omnia in omnibus adimplet.

Hæc maiestas, de qua hic loquitur Apostolus, non est verbalis prædicatio, quæ verbotenus humanitati Christi tribuatur, sed est vera cōmunicatio diuinæ maiestatis, qua Christus etiā secundū humanitatem supra omnia est eleuatus, quia cū λόγῳ regnat in pari maiestate, gloria, & potētia, quam λόγος per eū & cum ipso exercet.

Hanc maiestatem exprimit quoq; Psalmista, cū inquit: Dixit Dominus Domino meo, sede à dextris meis, donec ponā inimicos tuos, scabellū pedū tuorū. A dextris sedere nō est in hoc vel illo cœli loco esse, sed omnibus in locis cum Deo in pari gloria & maiestate regnare.

Psal. 110.

Sedere à dextris

Et



*Hebr. 1.* Et Apostolus alio in loco: Consedit in dextera Maiestatis in excelsis, tanto præstantior Angelis factus, quanto excellentius præ illis nomen est fortitus.

*Psal. 110.* Ad quem angelorum dixit vnquam: Sede à Dextris meis, donec posuero inimicos scabellum pedum tuorum.

*Hebr. 2.* Omnia subiecisti sub pedibus eius. In hoc enim quod ei subiecit omnia, nihil omisit, illi non subiectum. At nondum videmus illi omnia esse subiecta. Hæc dicta concionantur de Christo, cui secundum humanitatē etiam omnia sunt subiecta, quæ tanquam homo cum Deo gubernat & administrat, vtcunq; nostris oculis non videamus.

Atq; hæc Lutheri fuit perpetua, & est quoq; nostrarum ecclesiarum de vnione personali duarum naturarum in Christo doctrina & sententia, planissime explicata, quæ nihil habet obscuritatis aut perplexitatis, multo minus impietatis, cuius iniuste a Beza & multis alijs insimulatur.

Videt enim Christianus Lector, naturas in Christo non separari, neq; Diuinæ naturæ proprietates cum humana natura confundi: sed personale vnum constitui, in quo natura diuina videlicet per humanam (quæ semper ratione substantiæ suæ infra Deum posita est) omnia facit, hoc est, persona secundum vtramq; naturam tota, facit omnia.

*Beza doctrinā Brentij non intellectam damnauit.* Ex his intelligi potest, quanta sit Bezae temeritas, quod audeat D. Brentium coram vniuersa Ecclesia Christi duarum simul & diuersissimarū hærese apertè agere, Eutychetis videlicet & Nestorij, quorum alter naturas in Christo separauit, alter vero sublata humanitate





fuit, cū sciret, nos semper de maiestate hominis Christi non absolute carnis loqui, vt qui nō seorsim, sed in persona filij Dei, hāc maiestatē carni Christi tribuam⁹.

*Negatione status, soluitur prima pars libri Beza.*

Quæso igitur te mī Beza, quum tibi semel hoc negatum fuerit, & perspicuè responsum, nos humanam naturā Christi per se, in sese, & seorsim consideratam, neq; omnipotentem, neq; omnipræsentem affirmare, an tibi, tuoq; Bullingero ad maximam libri partem non responsum esse fateberis?

Verum quid tu vicissim non modo Ecclesiæ Christi in terris, sed & filio Dei in nouissimo die respondebis, qui optimum senem &, reuerendum virum hac impia opinione penè in vniuerso Christiano orbe traduxeris: cui nisi publico scripto, famam, & honorem restituas, durissimum sanè tibi iudicium subeundum erit. Quam igitur præstitisset, vel prius eius mentem intelligere, aut ab illa acerbitate tibi temperare, præsertim cum placidum, & modestum responsum esses in inscriptione libri tui pollicitus.

*Ingenua confessio de maiestate humanitatis Christi.*

Quare vt non modo tibi, verum etiam vniuersæ Ecclesiæ Dei de nostra doctrina constet, disertè, perspicuè, & constanter affirmamus, humanitatem Christi in seipsa seorsim, et per se consideratam, neq; omnipotentem, neq; omnipræsentem factam esse. Sicut enim oculus hominis seorsim nō videt, auris seorsim non audit, & quæcunq; alia de corpore dici possunt: ita etiam humanitatem Christi seorsim nihil eorum habere affirmamus, quæ tribuuntur ei propter personalem vniōem: sed omnia ex diuinitate per eam operante, cum qua arctissimo vniōis personalis vinculo coniuncta est, quemadmodum corpus naturaliter & essen-

essentialiter cum anima coniunctum, ex anima omnem suam virtutem habet, sine qua cadaver est, & dicitur hominis corpus.

Hæc dum de Christi humanitate affirmamus simul et Eutychetis, et Nestorij hæresin manifestè dānamus.

Eutychetis quidem, quia in Christo retinemus non modo naturas, sed etiam proprietates earum inconfusas. Sicut enim anima suis potentijs sese in uniuersum corpus effundit, non modo præsentia, sed etiam communicatione: in qua communicatione nulla fit potentiarū animæ, et corporis confusio, sed essentialis vnio, quam tu appellas personalē: Ita docemus, quòd diuinitas omnem suam plenitudinem effuderit in naturam humanam assumptam, sine omni proprietatum diuinæ naturæ cum humana confusione, qua videlicet diuina natura cum humana personaliter vnita, omnia per humanitatem faciat, sicut anima per corpus.

Nestorij verò hæresin hac ratione perspicuè refellimus, quia non fingimus diuinam naturam humanæ naturæ eo modo præsentem, vt per assistentiam humanæ naturæ per se subsistenti seorsim æqualem maiestatem conferat, qua ipsa humanitas per se, & seorsim considerata esset equalis Deo: sed docemus, quem admodum humanitas per se non subsistit, nec proprium habet personale esse, siquidem non est per se persona, sed in persona verbi subsistit: ita etiam affirmamus, quæcunq; illi tribuuntur maiestatis appellationes, propter vnionem ei competere personalē, qua diuina natura per humanam, atq; hoc modo cum humana natura omnia extra se efficiat.

Quid verò posset dilucidius aut magis perspicuè



dici, ad deplendas hæreses, quæ iniuste nobis imputantur: Ignorantia si sit, merebitur illa veniã, modo non tanta acerbitate pergerent damnare, quod nondum intelligunt. Sin studio factum est, inuenient illi suum iudicem: & si maximè præsens ætas non recipiat, posteritas tamen, vt speramus, longè aliter iudicabit.

Sed dicet fortè Beza, si hæc vestra est sententiã, idem planè quod nos docetis, qui de persona quoque idem vobiscum affirmamus: hominem videlicet Christum esse omnipotentem, omnipræsensem, & omniscientem, adde etiam creatorem cœli & terræ.

*Beza nobiscum loquitur interdum, sed non sentit nobiscum.* Hic Christianus lector duorum admonendus est, primum, aduersarios nostros in hac causa interdum nobiscum loqui, sed non idem sentire. Eadem enim ratione de homine Christo dici putant, Christum hominem esse omnipotentem, omniscientem, & omnipræsensem, quia dicitur esse creator mundi, & ab æterno, vel ante Abrahamum fuisse, cum sint longè diuersissima. Dicit enim homo Christus omnipotens, omniscius & omnipræsens, quod Diuinitas ita sese cum illo vnuerit, vt cum eo personaliter communi-

*Diuersa ratione homo Christus dicitur omnipotens & creator mundi.* cauerit suam potentiam, sapientiam, & scientiam, eo scilicet modo, quo per ipsum suæ omnipotentiæ opera perficit: ita vt homo cum Verbo, hoc est filio Dei cooperetur. Sed non ita æternitatem vel creationem mundi ei communicauit, vt per humanitatem condidisset mundum, aut cum Abrahamo fuisset loquutus, nam humanitas Christi nondum erat. Dicitur autem etiam hic homo creator, quia humana natura personaliter vnita est cum illa persona, quæ condidit mundum.

XXVII.

dum, & quæ ab æterno fuit: Ac si nunc nouus mundus  
esset condendus, filius Dei absq; humanitate assum-  
pta non conderet, sed cum homine, & per istum homi-  
nem, cum quo sua opera nunc habet communia.

Aliter ergo nunc per humanitatem assumptam,  
mundum gubernat, quàm homo conditor mundi esse  
dicitur. Sic etiã aliter nunc dicitur Christus ratione  
humanitatis omniſcius, omnipræsens, & omnipotens,  
quàm creator mundi. Quando enim mundus crea-  
batur, humanitas Christi non erat, quapropter tum  
nullibi erat, quia non erat: & nihil sciebat, nihil facie-  
bat, quæ in rerum natura non extiterat. Postquàm  
autem anima, & corpus Christi creata, & cum diuini-  
tate filij vnita sunt, testatur scriptura, humanitatem  
Christi in hanc virtutem esse eleuatam, vt Christus se-  
cundum illam quoq; vniuersum mundum gubernet,  
omnia sciat, omnia præstare valeat, omnibus rebus  
præsentiſſimus sit.

Diligenter autem maiestatem humanitatis Christi *Maiestas*  
in virtutem personæ assumptæ, & ad dexteram Dei *Christi à gloria*  
collocatæ, ab accidentaria perfectione distinguimus, *corporis diligen-*  
quam ratione gloriosi corporis natura humana per se *ter discernenda.*  
& in seipsa seorsim habet, de qua Beza his verbis scri- *150*  
bit: Alter est modus, quo assumptus ille homo verè & *151*  
sui ipsius respectu gloria, & honore, vel ipsis Angelis  
incomprehensibili est coronatus, vnctus videlicet  
supra consortes suos omnes, & supra reliquas creatu-  
ras longissimè latissimeq; euectus, vt merito etiã  
hoc respectu sit Ecclesiæ caput, ineffabilis splendoris,  
& dignitatis plenum. Hactenus Beza.

Nam ratione accidentariæ perfectionis sibi soli est,  
D 3 quidquid.



X XV III.

*Maiestas hominis Christi ad dexteram Dei patris.*

*Ioan. 3.*

quidquid habere dicitur pro ratione glorię, quę corā poribus per se tribuitur. Et hac quidē eminet Christus supra omnes sanctos, & Angelos. Sed maiestas de qua nunc loquimur, per quam vniopersonalis definitur, & explicatur, longē maior est, & sine mensura, secūdam quam humana natura in infinitate maiestatis diuinę collocata est: vt quemadmodum anima sine oculo nihil videre potest: ita diuinitas sine assumpta humanitate, nihil facere velit, quia hanc naturam fecit sibi propriam λόγος, vt eam non modo ornet accidentaria gloria, qualis etiam, sed longē inferior nostris accidentibus resuscitatis, sed suę maiestatis immensę faciat eā confortē, quę personaliter etiam ipsius hominis est.

Quemadmodum ergo splendor, & externus ornatu corporis nihil facit ad essentiam totius humanitatis, siquidem homo est, & dicitur homo, siue ornatum sit, siue ornamento careat corpus: ita & gloria humanitatis Christi, qua ineffabiliter nūc splendet corpus Christi in cœlo, nihil facit ad vnionem personalem, de qua nūc loquimur, quam habuit ante resurrectionē, prius quā corpus eius spirituale efficeretur.

Maiestas enim Christi hominis personalis, non est absolute, & simpliciter accidentaria, inherens corpori, aut humanitati eius, sicut splendor in corpore, aut dulcedo in aqua, sed est participatio infinitę virtutis filij Dei, quę est ipse filius Dei natura, qui per humanitatem omnia infinitę suę potentię opera exercet.

Ex his, vt opinor, satis liquet, nos humanitati Christi omnipotentiam adscribendo, vel omniscientiam, & omnipręsentiam, non accidentaria quędam, & absoluta accidentia dicere, aut docere, sed participationem ipsius

## XXIX.

ipsius λόγος personalē, qui vt in se est omniscius, omnis potens, & vbiq; præsens, ita sibi vniuit humanitatem assumptā, vt per ipsum hominē, & cum ipso omnia efficiat, quem etiam personaliter vbiq; præsentiē habet.

Hæc si pius lector rectē intelligat, facile etiam, quæ <sup>338.</sup> in parte multipliciter erret Beza, nobisq; sine causa *Error D. Beza de sessione Christi ad dexteram Dei.* præter commemoratos errores, alios quàm plurimos adscribat, cognoscet: ex quorū numero præcipuus est, quod affirmat maiestati excellentissimā sessionis carnis Christi ad Dei patris dexterā, certū locū esse, nempe cœlos illos summos, & nobis ineffabiles, in quos est recepta.

Quis quæso similia vnquā dixit aut scripsit m<sup>r</sup> Beza? Non ignoro, Bullingerum aliquot congersisse scripturę testimonia, vt probaret dexteram Dei significare certum aliquem locum in cœlo: sed quàm nihil horum confirmet, aliàs satis dictum est.

Hoc vnum autem adijcere libuit, si nobis indubitato scripturę testimonio demonstraueris, dexteram Dei significare locum in cœlo, & sedere ad dexteram Dei, idem significare, quod receptum esse in summos cœlos, quales tu Beza nobis describis, nos manibus, et pedibus in sententiam vestram, cum de persona Christi, tum de cœna Domini, ituros.

Vna enim est, eaq; perpetua scripturę sententia, & *Dextera Dei et explicatio dextere Dei*, quę nihil locale, nihil sursum, *sedere ad dexteram Dei* quid nihil deorsum significat, sed infinitam Dei potētiam, et maiestatem: & *sedere ad dexteram Dei*, non significat sursum, aut deorsum huc vel aliò, aut in summos cœlos receptum esse, sed significat assumptum esse in summam, & infinitam potestatem, quam λόγος per hominem assumptum exercet.

Atq;



Atque hoc nihil aliud est, quam Dei filio (qui est  
 Dextera patris) personaliter vniri. Alteram enim ex  
*Humanitas Christi per vnio-*  
*nem personalem in summam ma-*  
*iestatem euecta.* his concedas mihi necesse est: aut dexteram Dei alio  
 quid sublimius significare, quam Deum ipsum, aut  
 Christum ratione humanitatis non in maiorem eue-  
 ctum esse maiestatem post resurrectionem, quam ante  
 habuit, cuius hæc ratio est.

Quoniam humanitas Christi ante visibilem ascensum  
 in cœlum, personaliter cum filio Dei vnita fuit,  
 vt (si cum Beza loqui vellemus) constituerit cum *λόγος*  
 yō essentiam vnā, & non tantum vnā personam.

Quapropter necesse est affirmare: Si Dextera Dei  
 locum aliquem significat, locum illum cœli, cum quo  
 Christus ratione humanitatis non est factus vna essen-  
 tia, esse sublimiorem Deo, aut humanitatem sublimius  
 omnibus cœlis collocatam, quando facta est vna per-  
 sona cum filio Dei, priusquam in cœlum reciperetur.

*Monachorum  
 nugæ de collo-  
 catione beato-  
 rum in cœlo.*

Nugati sunt hæcenus homines ociosi, nescio de  
 quo situ beatorum angelorum, & hominum in cœlo:  
 eosque beatissimos dixerunt, qui proximo ordine ad  
 thronum Dei sint collocati, quem etiam in cœlo sine  
 xerunt corporeum, in quo sedeat Deus pater Ange-  
 lis, & beatis hominibus circumdatus, inter quos pro-  
 ximi sint beatissimi. Sed quid nugæ sunt, si hæc non  
 sunt: quæ non modo spiritualem illam, & internam  
 beatitudinem nobis in mundanum aliquod regnum  
 transformant, sed etiam Deum ipsum instar *ἀνθρώπων*  
*μορφῆς* in aliquo cœli loco collocant, tanquam homi-  
 nem sedentem, cui à dextris assideat homo Christus,  
 proximos Angelos, Prophetas, & Apostolos, & reli-  
 quos suo deinceps ordine habens.

Hæc

Hæc somnia confirmat Beza, dum dexteram Dei, & sessionis Christi maiestatem ad dexteram Dei affirmat illos sublimissimos cœlos esse. Et hoc modo non solum Christi humanitati detrahic, sed etiam ipsius Deitati, quasi aliquid maius, & sublimius sit ille locus confictus, quàm ipse Deus, quod nunquam demonstrabitur.

Quapropter, vt sententiam nostram rectè intelligas Beza, scias, nos fermè credere, sicut Deo nihil sublimius est, ita etiam nullam maiestatem sublimiorem esse, per quam creatura à Deo in vnitatem suæ personæ assumitur, qua assumptione supra omnes cœlos collocata est, si credimus Deum supra omnes cœlos esse.

Recipi autem in vnitatem personæ, est hoc modo, *Quid sit assumi cum Deo vniri, vt quod Deus seipso facit, iam per assumptionem naturam, & non seorsim, sed cum ipsa faciat. in vnitatem personæ.* Et hoc modo Christus secundum humanitatem ad dexteram Dei est collocatus, quoniam ipsius natura humana, filio Dei, qui infinita Dei dextera est, personaliter vnita est.

Quòd autem scriptura sessionis ad dexteram Dei *Cur sessionem post ascensionem demum expressam mentionem fecerit ad dexteram* post ascensionem demum expressam mentionem fecerit, in causa fuit exinanitio, in qua *Dei scriptura*  $\lambda\omicron\gamma\omicron\varsigma$  non eo modo *post resurrectionem demum* per humanitatem assumptam, suam maiestatem *Christo tribuat.* exerebat: quoniam euacuauerat eam, quoad hominem, per humilitatem, & obedientiam vsq; ad mortem: vt esset quidem in forma Dei, sed eam hac maiestate, qua potuisset, non exereret.

Postquam verò formam serui deposuit, testatur scriptura, eum collocatum esse ad dexteram Dei: non



quod per ascensionem suam in cœlos sit propior factus Deo, aut arctius cū Deo coniunctus, ( vnio enim illa nō suscipit magis & minus, ) sed quod nunc maiestas illa plenissimè per assumptā naturam sese exerat, quod ante resurrectionē suā ex parte tantum faciebat.

Et hæc quoq; causa est, quod scriptura sessionem ad dexteram Dei cum ascensu Christi in cœlum coniungat: quia maiestatem, in quam collocatus fuit, tum demum plenissimè cœperit in cœlo & in terra exerere, & non propter nouæ maiestatis acquisitionem. Dixi enim nunc aliquoties, sublimiorem maiestatem non esse, quàm cum Deo personaliter vniri, quod ante ascensum Christi in cœlum est factum.

*Error Bullingeri de dextera Dei.*  
 Quapropter toto cœlo errat tuus ille Bullingerus, cuius tu hyperaspisten agis contra Brentium, qui conjunctione sessionis ad dexteram cum cœlo, colligit, sed falso, dexteram Dei, loci nomen quoq; esse: quod nemo neq; veterum neq; neotericorum dixit vnquam, aut scripsit.

Existimo, mē Beza, te nunc intelligere, cum maiestatem sessionis Christi hominis ad dexteram Dei ignores, quod etiam, quid sit personalis vnio, ignores. Et prouoco hęc quoq; ad omnes, quotquot orbis Christianus habet pias Ecclesias, quæ tuo errori nunquam patrocinabuntur.

*Vnionem personalem à quavis alia toto genere differre.*  
 Deinde falso colligis ex sententia nostra: si plenitudinis deitatis communicationem vnio personalis definiatur, eam non toto genere, sed secundum magis & minus ab vnione diuinitatis cum alijs sanctis hominibus, differre.

Causa huius erroris est, quod existimas: nos humanitas

XXXIII.

nitati Christi seorsim tribuere æqualitatem cum Deo  
 accidentariam, in qua omnipræsentia, omnipotentia,  
 & omniscientia attributa sint, & accidentia quæ-  
 dam, quæ separatim insunt humanitati Christi, sicut  
 sanctis particularia dona. Atq; ita accidit tibi, quod  
 Philosophus scripsit, vt vno inconuenienti dato, in-  
 numera sequantur. Nihil horum diximus, nihil horum  
 credimus aut docemus, sicut in explicatione similitu-  
 dinis animæ & corporis, quam tu subinde vrges, de-  
 monstratum est.

Ideoq; comparationem donorum, ( quæ per se & *Quaratione*  
 seorsim insunt naturæ humanæ, ) cum sanctis admitti- *Christus à san-*  
 mus, qua humanitas Christi beatissima est, numero & *ctis secundum*  
 gradibus omnes sanctos excedens. Sed vnionem per *magis & mi-*  
 sonalem toto genere differre dicimus ab omni vnio- *nus differat.*  
 ne, qua Deus reliquis creaturis coniungitur, & per  
 sui participationem creat in illis noua dona, ipsis col-  
 lata, quæ non sunt ipse Deus, sed sunt dona Dei. In  
 vnione autem personali, omnipotentia, & omniscien- *Per vnionem*  
 tia Christi, est ipsius λόγος omnipotentia: sed non so- *personalem*  
 litaria, vt ipsa sola omnia sciat, omnia faciat, & relin- *Christus à san-*  
 quat humanitatem ignorantem & impotentem: quin *ctis non differe*  
 potius sese personaliter communicat humanitati, vt *comparatè.*  
 per eam omnia faciat, sicut anima non seorsim sine  
 oculo videt, sed per oculum: & hoc modo oculo vis-  
 sionem confert, qua ipse per se, & sua natura caret, vt  
 iam oculus quoq; videat, non separata aliqua virtute,  
 sed naturali virtute animæ, quæ per oculum, & cum  
 oculo videt.

Quapropter differt hæc vnio filij Dei cum humani-  
 tate assumpta in Christo, ab omni alia inhabitatione



XXXIII.

*Vnio deit atis  
cum humanita-  
te Christi toto  
genere differt ab  
inhabitatione  
in sanctis.* Dei in sanctis toto genere. Deus enim nullam crea-  
turam eo modo assumpsit, vt per illam eo modo agat,  
sicut pro naturam assumptam, quam sibi propriam fe-  
cit, id quod exemplo demonstrari potest.

*Discrimen mi-  
raculorū Chri-  
sti & Apostolo-  
rum.*

*Mat. 28.*

*Mar. 16.*

*Mat. 10.*

*Luc. 10.*

*Act. 13.*

*Mar. 16.*

Christus homo resuscitauit mortuos, Petrus quoque mortuos resuscitasse dicitur: Deus fuit in Christo, Deus etiam fuit in Petro. Quod ergo est discrimen in simili, vt apparet, opere? Hoc discrimen est, quod videlicet Petrus non resuscitauerit sua virtute, sed Christus: cuius nomen Petrus inuocauit, qui iuxta promissionem suam Petro affuit, & miraculis ipsius doctrinam, sicut & reliquorum Apostolorum, confirmauit. Et in Christo quoque non fecit solitaria, aut sola diuinitas, sed cum humanitate assumpta. Ideo Petrus non simpliciter dicit: Surge, sed addit: Dico tibi **IN NOMINE** (non **ΛΟΓΟΥ**) sed **IESU NAZARENI**, surge, et ambula. In nomine meo, inquit Christus, dæmonia eiciant, hoc est, Christus eiecit dæmonia sua virtute, non Apostoli: & ipsi tamen dicuntur eiecisse, quia Christus illis præsens fuit.

*Act. 3.*

*Act. 9.*

*Ioan. 14.*

*Luc. 17.*

Quapropter Petrus quidem dicit, vt surgat claudus: sed Christus facit, vt surgat, & ambulet. Petrus orat ut Tabitha resurgat: sed Christus facit vt resurgat. Ideoque inter Petrum & Christum, quod ad virtutem attinet, resuscitandi mortuos, non est discrimen secundum magis, & minus, sed toto genere differunt: siquidem Christus facit, quod Petrus simpliciter non potest facere. Quod si differentia constitueretur secundum magis & minus, Petrus Christo superior esset, quoniam scriptum est: Et maiora his faciet, quoniam niam vado ad Patrem. Christus inquit: Adolescens, tibi

## XXXV.

tibi dico, surge: & sua propria virtute adolescentem à mortuis resuscitat. Sicut enim humanitas in Christo est filij Dei propria, ita virtus filij Dei est humanitas Christi propria.

Ex his patet etiam, quàm atrox sit calumnia, quam toties cum tragica exclamatione repetis, & lectori inculcas, quòd dicis, nos affirmare: Christum per accidens tantum esse Deum. Hæc calumnia, ex hypothesi, in capite tuo conficta procedit, quo somnias, nos docere, in humanitate Christi separatam quandam cum diuinitate naturali æqualitatem: quam toties nunc refutauimus, & similitudine animæ, & corporis tibi nõ ingrata, ad oculum demonstrauius, vt non opus sit eadem toties repetere.

*Atròx calumnia, quòd Christus per accidens Deum dicamus.*

Firmiter autem credimus, & docemus, in Christo vnã eternam & naturalem, veram, & essentialẽ diuinitatem, qua Christus æterno patri equalis, & *ὁμοούσιος* ab æterno patre genitus est. Et hanc dicimus humanitati Christi communicatam personaliter, sicut animam corpori naturaliter, vt cum diuinitate communes actiones habeat, natura humanitatis semper infra Deitatis naturam subsidente. Neq; vllãm accidentariã diuinitatem fingimus, aut accidentarium Deum somniamus, sed Deum in carne manifestatum, Deum incarnatum, Deum æternum in humanitate assumptum, omnia in cœlo, & in terra administrantem, asserimus, quod mysterium omnem humani ingenij captum excedit.

*Vna eterna Christi diuinitas.*

*1. Tim. 3.  
Ioan. 1.  
Matth. 28.*

Quando autem loquimur de duabus diuersis rationibus, qua diuinitas per se, & absolutè consideratur, & in qua sese humanitati communicat personaliter, & in

*Due rationes diuinitatis in Christo, non duas*



*diuinitates facit eas distinguimus, non propterea duas diuinitates  
unt.* facimus.

*Cur dua defini-  
tiones animæ ab  
Aristotele pos-  
nantur.* Neq; enim philosophus duas animas in vno homi-  
ne propterea fingit, etiamsi duas eius definitiones con-  
stituat. Altera enim naturā animæ per se, quod sit, ex-  
plicat: altera verò docet, quomodo anima omnibus  
suis potentijs corpori sese naturaliter communicet: vt  
non tam, quod est, sibi sit, quàm etiam corpori suo pro-  
prio, in quod sese effundit, vt corpus cum ipso animo  
pares actiones habeat, quod alias nulla prorsus ratio-  
ne habet, & à trunco nihil differt.

*Duplex ratio v-  
nius & eiusdem  
Diuinitatis in  
Christo.* Sic alia quoq; ratio est diuinitatis per se & absolutè  
consideratæ, & alia, quatenus sese personaliter huma-  
nitati assumptæ communicat: vna tamen & eadem est  
diuinitas filij Dei, non duæ: sed posteriore ratione do-  
cetur tantum, quomodo diuinitas cum humanitate vn-  
nita sit, personaliter, qua dicitur omnia per humani-  
tatem & cum humunitate assumpta facere, quæ etiam  
sine illa facere posset.

*Refutatio ca-  
lumnia de æ-  
quali præsen-  
tia in omni-  
bus creaturis.* Ingens autem scelus, & non nisi morte, scilicet, pi-  
andum, quod non semel in suo libro execratur & ab-  
ominatur Beza, qui in disputationis meæ thesi ro-  
scripserim: Nullam imaginandā aut fingendam esse a-  
liam Dei in Christo, quàm in reliquis creaturis omni-  
bus (quo ad  $\delta\nu\omega\tau\alpha\pi$ .) Diuinitatis præsentia: quæ vt in  
creaturis  $\epsilon\pi\epsilon\gamma\epsilon\iota\alpha$ , discernatur, quod alia in alijs agat  
& operetur, ita in Christum tota effundatur: ut iam  
extra ipsum nihil, sed in homine & per hominem Chri-  
stum omnia in omnibus operetur.

*Fol. 258.* Quorsum, inquit Beza, theses illæ nobis quidē plas-  
nè execrandæ, non aliam Dei in Christo, quàm in crea-  
aturis

## XXXVII.

aturis reliquis, quoad *ὁμοίωσις*, attinet, diuinitatis præsentiam constituerent, eamque vt in creaturis *ἕκαστος* discernent.

Sed ad defensionē huius conclusionis audiamus Iustinum Martyrem, cuius verbis me pariter & nouitate & erroris crimine liberabo. Quæritur, inquit Iustinus, quomodo Verbum illud ubique sit iuxta essentiam, & quomodo in templo proprio? Si enim sic & ibi, vt in vniuerso, tēplum nihil habebit præ ceteris: & quid faciemus illi scripturæ: In quo habitat omnis plenitudo diuinitatis corporaliter. Quod si quis cōcedet esse plus, ergo non adest rebus omnibus iuxta essentiam, quod est Dei proprium. Manifesto inditio se prodicit incredulitas, quando de Deo quærit hac vice, Quomodo? alioqui quomodo, quomodo terrā, quomodo mare, aērē, stirpes, animalia cūcta, teque ipsum ista curiose de Deo scrutantē cōdidit? Vtique respondebis, absoluta potentia produxisse omnia. Num igitur Dei potentia per accidens creaturis adfuit: an iuxta essentiā? Si per accidens, certè vt existentibus, antequam crearetur: quoniā accidens si apte natura nō per se est, sed in subiecto aliquo: id si risum meretur, reliquū est, vt iuxta essentiā adsit omnibus. Ergo quia iuxta essentiam vis illa creaturis aderat, nihil ne plus habebat ipse Dominus, qui tēplum est? Nec hæc ratio, nec illa inuenit exitum, vtramque fides explicat. Et paulo post idem Iustinus: Quæritur, quomodo Verbum illud & in proprio templo sit iuxta essentiam, & in rebus omnibus similiter, & quid habebit hoc templum præ ceteris rebus? audiamus scripturā dicentē. Qui est in sinu patris iuxta essentiā, vniuersis ex æquo adest. Nec dicimus eū sic in patre esse, vt in reb. cæteris, nō quod eius



## XXXVIII.

„ eius essentia contractior fiat in alijs, sed quia mensura  
 „ harum ad captum diuinitatis non sufficit. Sic à proprio  
 „ templo inseparabilem fatentes, in quo plenitudo Deitatis  
 „ inhabitet, nihilominus rebus omnibus eum adesse  
 „ se iuxta essentiam dicimus, etsi non similiter. Nec  
 „ enim capit Deitatis splendorem corpus sordidum: id  
 „ licet exemplo discere. nec enim celabo huius quaestio-  
 „ nis pondus filios Ecclesiae, pie cum eis differens. Com-  
 „ munis hic sol nobis quotidie se praebet omnibus, nec  
 „ magis minusue irradiat alium quam alium: sed in om-  
 „ nes ex aequo exercet vim suam: attamen si quis acutius  
 „ re visu polleat, plus eius splendoris recipit, non quod  
 „ sol magis in eum agat, quam in caeteros, sed propter  
 „ vim oculorum eximiam. at quisquis infirmos habet o-  
 „ culos, ne obtueri quidem tantam lucem poterit, prop-  
 „ ter eorum hebetudinem. Idem cogita de sole iusticiae,  
 „ cum sit Deus, ex aequo illum adesse omnibus iuxta  
 „ suam essentiam: nos autem quotquot sumus, vt hebetes  
 „ & oculis, squalentes, pra peccatorum sordibus, ad per-  
 „ cipiendum lumen non esse idoneos, templum vero il-  
 „ lud proprium oculo purissimo splendorem **T O T I V S**  
 „ **L V M I N I S** capere, vt pote formatum sancti Spiritus  
 „ opera, & à peccato prorsus alienissimum. Nam sicut  
 „ Sol quamuis sua vi attingat pariter omnia, tamen non  
 „ ab omnibus similiter capitur: Sic **V B R E V M** illud iux-  
 „ ta essentiam praesens omnibus, non similiter adest cete-  
 „ ris, vt templo proprio. haecenus Iustinus. Duo in his  
 „ testimonijs obseruet Christianus lector. Primum,  
 „ quod D. Martyr Iustinus asserat & probet, Deum iux-  
 „ ta essentiam suam omnibus ex aequo adesse. Alterum:  
 „ quod affirmat, & similitudine Solis declarat, praesentiam  
 „

## XXXIX.

ttam Verbi in humanitate Christi nō differre ab alijs, quoad essentiam suam, sed quoad ipsam humanitatem, quia splendorem totius luminis capiat humanitas Christi, quem nulla creatura capere potest, etsi ex æquo omnibus secundum essentiam suam adsit. Num vero & Iustinus philosophus & Martyr tibi execrabilis est Beza? Nescio profectō, quid hac in parte in Beza iudicium ne an candorem requiram. Equidem tam imperitus & indoctus non est, vt non intelligat, Deum in seipso, ratione suæ essentiæ, immutabilem esse. Ego Dominus, inquit apud Malachiam, & non mutor. Et Mose: Non est Deus vt mentiatur. Concedat ergo etiam inuitus necesse est, Deum, quoad se & respectu sui ipsius, suæq; essentiæ, eodem modo vbiq; præsentem esse. Sicut enim non est alius Deus in vna creatura, quàm in alia, ita etiam non est alia essentia Dei in vna, quàm in alia: multò minus verum est si dicat: Deum in vna creatura essentialiter, in alia vero non essentialiter esse. Et vetus illud, vt opinor, non ignorat Beza: Enter, præsentem, Deus hîc et vbiq; potenter.

Malach. 3.

Num. 23.

Quæ est ergo differentia præsentia Dei in rebus creatis? Non quærenda aut astruenda est ratione essentia Dei per se, quia hac ipsa per se æqualiter vbiq; est, sicut nunc verbis & rationibus Iustini demonstratum est: nec quoad seipsam attinet mutatur, sed est, & manet vbiq;, quod est, cum sit immutabilis essentia. Respectu ergo communicationis, definienda erit diuersitas præsentia, qua præsentia Dei in Christo & inhabitatio ab omni alia in reliquis creaturis toto genere differt, v idelicet, quod diuinitas humanitatē

Diuersitas præsentia Dei, in communicatione consistit.



*Communicatio  
Dei in Christo,  
soto genere ab  
alijs differt.*

sibi propriam fecit personaliter, sicut anima suum proprium corpus naturaliter sibi uniuert: ut non modo sit in humanitate assumpta, neque etiam tantum ineffabili splendore eam ornet, sed ita sese in illam effundat omni sua maiestate, potentia, sapientia, sicut anima sese omnibus suis potentijs naturaliter effundit in corpus proprium, ut humanitas in summam hanc sit euecta sublimitatem, qua cum Deo homo Christus omnia in celo & terra gubernet, & communes sint utriusque nature actiones personaliter, sicut corpori cum anima naturaliter communes esse dicuntur.

*Vnio personalis  
per communicationem  
quare  
definiatur.*

Quod autem hinc colligit, sicut alij quoque multi faciunt, si communicatione efficaciam discernatur Dei in Christo presentia, Nestorianum Christum constituit in eo plurimum fallitur Beza. Sicut enim, quid sit unio anime cum corpore, aliter intelligere non possumus, quam per communicationem illam potentiarum anime, quas per uniuersum corpus exercet, cum tamen hac communicatio *ὁμοϋπόστατος* sit aliquid ipsa unione posterius, que unionem sequitur: Ita etiam, quid sit unio illa personalis diuine & humane nature, qua unum personale constituunt, scire non possumus sine hac communicatione proprietatum diuine nature, que personaliter per assumptam humanitatem omnia operatur. Nihilominus tamen unio est aliquid aliud, quam hec ipsa communicatio: et tamen idem dicitur esse, quia simul sunt unio & communicatio: & unio per communicationem quid sit, explicatur, atque hoc modo etiam per eam definitur. Mysterium adorandum & consolatione plenissimum: naturam nostram in administrationem celi & terre assumptam esse, ratione & modo inenarrabili.

*Vnio personalis  
aliquid aliud  
est, quam pro-  
prietatum com-  
municatio, per  
quam tamen  
definitur.*

Ideoque

XLI.

Ideoq; merito reprehendenda est perpetua illa *ter: Beza et sui, cur* *giuersatio Bezae et suorum, qui de vnione hac inter-* *semper tergiuer*  
*rogat semper respondent, eam nihil aliud esse, quam sentur in explis*  
 quod diuina natura humanā sibi fecerit propriā. quod *catioe vera dif-*  
 dum nos Scripturę verbis et sentētijs explicamus, ipsi *ferentia vnio-*  
 reclamāt, et interim quid sit (humanā naturam factam *nis personalis.*  
 esse diuinitatis propriā) quod scriptura his verbis nō  
 dicit, nō explicāt: vt semper habeant sui erroris aliqđ  
 receptaculum, in quo minimē deprehendi queant, et  
 Christus ita in cœlo sua humanitate absolute collocet,  
 vt personaliter illi nihil nobiscum sit negotij, sed sola  
 diuinitas sine humanitate omnia nobiscum peragat.

Nos verò cum scriptura loquimur, quæ nobis inez *Quid sit fieri*  
 narrabile hoc mysterium credendum & non intelli- *proprium cor-*  
 gendum, per communicationem maiestatis explicat, *pus filij Dei.*  
 qua nō sola diuinitas, sed λόγος incarnatus, id est, Deus  
 & homo vbiq; locorū præsens omnia plenissimē ad  
 ministrat. Diuinitatis sunt omnia opera, sed incarnas  
 tæ, id est, totius personæ, quæ tota adest, et tota secun-  
 dum vtramq; naturam personaliter omnia perficit.

Valde autē dissimilis ratio est, quam nobis in dæ: *Dissimile de dæ*  
 moniaco proponit Beza: vbi dæmonium cū homine *moniaco.*  
 personaliter nō vnitur, etiamsi sit in homine: id quod  
 nos libenter fatemur. Sed vicissim audi Beza, si demo: *Quid sit incar-*  
 niū ita sese vniret cū homine, vt per hominē anima & *natus diabo-*  
 corpore obsequentē omnia opera sua efficiat, ita vt ho *lus.*  
 mo anima & corpore nihil præstare posset sine demos  
 nio, et dæmoniū nihil cogitaret, diceret aut faceret,  
 quod non secum cogitaret, diceret et faceret homo, in  
 quo est, num erraret, qui diceret talem hominem esse  
 incarnatū diabolum: verum hoc nunquam permittit  
 Deus,



XLII.

Deus, ideoq; perpetua est hominis afflictio, quod vnam personam cum homine nunquam possit constituere dæmonium.

*Duæ naturæ in Christo constituunt vnum personale, non essentia vnum.*

Valdè etiam absurda est oratio, & sententia Bezae, & quæ diuinitati plurimum detrahit, dum affirmat & contendit, diuinam & humanam naturam in Christo constituere vnam essentiam, quemadmodum anima et corpus vna sunt essentia & substantia. Sunt enim in Christo duæ essentiæ diuersissimæ, hoc est, duæ naturæ, & vna persona, nō vna essentia. Quoniam Christi persona non constituitur ex duabus partibus (qua ratione diuinitati multū derogaretur, siquidē partes se inuicem perficiunt, quod in Christo ratione diuinitatis dici non potest, quæ ab humanitate nullam perfectionē accipit, sicut anima à corpore suo proprio,) sed duobus totis, quorū vtrumq; per se est perfectū. Nam verus est, & perfectus Deus ratione diuinitatis, et verus est, ac perfectus homo ratione humanitatis. Sed quod ex partibus cōstituitur, id fit ex duabus rebus, de quibus singulis compositum non potest prædicari, sicut persona hominis constituitur ex anima & corpore, tanquam partibus suis: sed homo non prædicatur de anima, neq; etiam de corpore, quoniam anima est imperfectus homo, hoc est, pars hominis: & corpus est imperfectus homo, quia corpus est pars hominis: & homo dicitur, non quælibet pars seorsim, sed quod ex his partibus, anima & corpore, compositum est.

Ideoq; homo est essentia tota & perfecta, quæ constat duabus partibus, quarū neutra sine altera ita perfecta est, vt appellationem hominis ei tribuere possis.

Longè aliter sese res habet in Christo. Etenim naturæ

XLIII.

turę in Christo sunt perfectę, ideoq; concretū, hoc est, persona de vtraq; prædicatur, vt recte dicas: Christus est Deus, quia diuinitas eius est perfectus Deus, & Christus est homo, quia humanitas Christi est verus & perfectus homo, constans anima & corpore. Et non est in eo tertia quedam essentia, quæ neq; Deus, neq; homo sit: sed Christus nihil aliud est, quā Deus, & homo, vna inquam persona, & non vna essentia. Diuinitas enim in Christo non perficit humanitatem naturaliter, sed personaliter: aliās diuinitas etiam ab humanitate perficeretur, quasi Christus perfectus Deus esse non posset, nisi cōiungeretur humanitati: sicut anima non potest suas potentias omnes exercere nisi in corpore, quod de Deo affirmare, planè impiū est.

Quapropter cum aliās Beza ad S. Patrum phrasas *D. Beza recedit nos reuocet, miror, qua ratione hęc ab omnibus patribus recedat, qui hęc vnionem personalem, non essentialem esse dixerunt: & vnā personam, quæ duabus constaret essentijs, & non vnā essentiam in Christo constituerunt.* *à phrasi loquendi S. Patribus consueta.*

Sed huc rapuit ipsum studium reprehendendę theses meas, quarū septē præcipuę carpit, & exagitat, sex tã videlicet, septimã, octauã, nonã, decimã, vicesimã, & vicesimã quartam, in quibus modi (vnionis siue vnionis) diuersi, & quid à cæteris omnibus vnio personalis duarum naturarum in Christo differat, explicantur. Demonstrat autem in hoc examine Beza, se in philosophię studio non admodum feliciter versatum esse, dum in limine aberrans, valde absurda profitetur.

Primum, vnionis diuisionem mancā esse dicit, in *Apologia thesibus meis positam, quæ plurimos modos omiserit, um mea disputat* quibus



## XLIII.

*tionis de Maiestate Christi.*

quibus aliquid vnum cum alio dicatur, videlicet, quomodo Ariani patrem & filium vnum dixerint, & nos cum capite nostro Christo, quomodo etiam vnum simul dicamur: item quæ est consensus & voluntatis, item virtutis & efficacitæ, qua diuinæ naturæ participes fiamus.

Sed quis existimet Bezam hæc serio commemorare, vt qui nõ intelligat, quibus speciebus singulæ nunc commemoratæ comprehendantur: Ariani similitudine inherente, filium patri dixerunt esse æqualem. Nos verò cum Christo, capite nostro, per accidens vnũ constituimus: voluntatis, & consensus, nõ nisi per accidens sit inter duos vnio, quod est in cuiusq; animæ substantiæ inhærens: & per accidens nos quoq; diuinæ naturæ consortes efficimur.

Deindè in explicanda vnitate essentiæ diuinæ ab initio quædam minus religiosè à Beza explicantur, & nobis non candidè tribuuntur, quasi hypostases essentialia ita vnum dicamus, quemadmodum multa indiuidua vnum specie dicantur (quæ est Dialectica prædicatio) essentijs plurimum differētes. Quæ enim specie vnum sunt, separatas habēt essentialias: alia namq; est Petri, alia est Pauli essentialia & substantia, quamuis Petrus non minus sit homo, quàm Paulus, sed separatus homo à Paulo. Verum ita de personis in trinitate sentire aut loqui, impietas est, in qua personæ sunt vna essentialia, non tres separata essentialia. Quod cum à me dicatur expressè, iudicet lector, quo candore illa in me repræhendat Beza.

Tertiò suggillat, quòd posuerim exemplum animæ & corporis, ad declarandam vnionem naturalem, qua  
aliquid

XLV.

aliquid vnum ex materia & forma constituitur: quoniam anima alia ratione dicatur forma corporis, quam alias forma naturalis de alia materia prædicatur: quod anima re ipsa & per se subsistat, formæ autem naturales per se nullam subsistentiam habeant: & inesse, non autem esse dicantur. Sed apparet hæc quoque, quam sine causa mihi contradicat. Equidem non ignorabam, aliam rationem esse animæ, quam aliarum formarum naturalium, quod à corpore separata proprium esse habeat. Nihilominus tamen anima homo non est, neque dicitur, quamdiu extra corpus est, & naturale vnum compositum constituit cum corpore.

Esse verò nihil magis simile in rerum natura reperitur, magna tamen adhuc est & manet dissimilitudo. Et supra ostensum est, quantum diuinitati Christi derogaretur, si essentialis esset eius cum humanitate assumpta vnio, qualis est animæ cum corpore. Anima enim quamdiu est in corpore, non potest sine corpore exercere suas potentias: & hanc ob causam ex parte imperfecta est sine corpore, quoniam sic à Deo creata est, vt sit in corpore & non extra corpus perfecte beata. Sed diuinitas potest suas exercere operationes etiam sine humanitate vnita, si vellet.

*Dissimilitudo personalis vnionis in quolibet homine & in Christo.*

Quarto loco, quærit ex me, Num proprietates illas diuinitatis, omniscientiam, omnium iusticiam, omnipresenciam, quas dicamus in humanam naturam effusas, inter accidentia numeremus, an verò essentialiam vniam vocemus? Dubitat enim Beza de nostra sententia,

116.

*Proprietates Dei an sit essentialia vel accidentia in humanitate Christi.*



XLVI.

tentia: interim tamen non veretur nos, tanquam blasphemos, execrandos & profligandos, insectari, perinde, ac si de nostra sententia sibi certo constaret.

Hic nos disertè respondemus: quòd omnipotentis animam, omniscientiam, & similia, essentiam vocemus & non inter accidentia numeremus.

Instat igitur Beza ulterius: Si inquit, essentiam voces, ergo non vnita carni, sed effusa in carnem fuerit Dei essentia, & ita hæc caro fuerit Deus: Nos autem respondemus, minimè sequi, quòd propterea Diuinitas humanitati non sit vnita. Diximus enim supra, quòd vnio illa non sit nuda præsentia diuinitatis & ociosa, sed eiusmodi, quæ sese in humanitatē effundat: sicut anima in corpus suū propriū, quod ab anima viuificatur, & cum anima cōmunes actiones & operationes habet, propterea corpus anima informatum, non anima, sed animatum: ita & caro Christi non ipsa Deitas, sed vt Athanasius loquitur, deificata dicitur. Postest ergo hæc effuso fieri, sine cōmixtione naturarum, & qua seorsim humanitas neq; omnipotens neq; omniscia statuatur.

*Athanasius li. 1.  
de incarnatione.*

*Caro Christi non  
facta est Deus,  
sed deificata.*

Ne autem quisquam existimet, nos vsu vocabuli (Deificationis) Schuenckfeldij errori patrocinari vel le, à quo toto pectore abhorremus, visum est Eusebij Episcopi Palæstinensis cognomento Pamphili verba adscribere: Per quem, inquit, (Christum) iurat Deus & pater eius, tanquàm dilectum eum, qui ex semine David est, in infinitum seculum glorificaturus, quod etiam factum est, quando Verbum incarnatum eum, qui ex semine David est, assumpsit atq; deificat. Hæc ille. Naturam enim humanam in Christo non abolemus,

XLVII.

mus, sed quid à diuinitate pet vnionem acceperit, si-  
 militudine animati corporis explicamus.

Deinde addit Beza: Si ita est, quomodo scripsisti, *Cur energia in-*  
 inhabitationem Dei in Petro & homine Christo ea *habitationis*  
 vna re differre, quò Petro tantum nonnullas, Christo *Dei, Christus &*  
 omnes proprietates communicet? Respondeo. Sicut *Petrus discer-*  
 ipsa vnio aliter nō potest explicari, quàm per proprie- *nantur.*  
 tatum plenariam communicationem, quæ tamen ipsa  
 vnione est posterior: ita etiam discrimen inter hanc  
 personalem vnionem & aliam quamuis Dei in crea-  
 turis præsentiam, non nisi hac ratione explicare pos-  
 sumus, sicut supra satis ostensum est.

• Verum inde non sequitur, essentiam diuinitatis *Diuinitas non*  
 diuidi, quum nonnullas proprietates tribuo Petro, *diuiditur prop-*  
 & non omnes. Diuina enim essentia, vtcumq; varijs *ter diuersam*  
 & diuersis modis in creaturis operetur, & non om- *sui communica-*  
 nia in omnibus, aut per omnes, non tamen propter *tionem.*  
 rea diuiditur: tota enim facit quidquid facit, non alia  
 qua sui parte. Sed dum non omnia facit per vllam  
 creaturam, ideo nulla creatura est Christus, præterq̃  
 Iesus Nazarenus filius Mariæ, in quo complacuit  
 Deo inhabitare omnem plenitudinem deitatis cor- *Col. 2.*  
 poraliter, hoc est, tanquam in proprio corpore.

Ideoq; etsi tota diuinitas est in Petro, & multa per  
 ipsum faciat, humanitas tamen Petri non est Verbi *Iesus Nazare-*  
 propria, sicut Iesu Nazareni filij Mariæ: in hoc homi- *nis solus est*  
 ne, per hunc hominem visum fuit diuinæ naturæ om- *Christus.*  
 nia suæ potentiæ opera exercere, cum quo personali-  
 ter vnita est.

Hac ratione etiam Petrus non fit pro sua mensura  
 G Deus



XLVIII.

*Petrus non est Deus, vt falso ratiocinatur Beza. In humanitate enim pro sua mensura Deus.* Petri omnia, quæ diuina ei dona tribuuntur, sunt attributa, & accidentia, & non essentia diuinitatis sicut in Christo, etsi Deus eorum author sit, & largitor præsens. Ideoq; Petrus neq; ex parte, neq; ex toto Deus efficitur, sed diuus & diuinus homo, est enim

*Petrus diuus, sed non Deus.*

persóna, à Deo separata. Christi autem hominis maiestas communicata est ipsa essentialis Dei maiestas, non simpliciter & absolute in se considerata, sed qua sese in humanitatem Christi, sicut anima in proprium corpus effundit, eiq; communicat, quod corpus antea non habebat, in cuius persona subsistit.

¶ 17.

Multo minus sequitur, quòd postremo ex hac hypothese colligit: Si essentiam diuinitatis ( inquit ) uocemus, quæ effundatur in humanitatem Christi, non modo filium, sed etiam patrem & Spiritum sanctum Christum appellandum fore. Hoc tamen sicut & illa priora non affirmat, sed quærit tantum: & quomodo ex dogmate effusionis proprietatum Dei in carnem non consequantur, cupit sibi demonstrari.

Agè ergò, demonstremus tibi, sicut & priores falsas conclusiones.

*Hæresis patris-  
passianorum res-  
futatur.*

Novisti in vna diuinitatis essentia tres distinctas esse personas, quarum prima est ingenita, altera genita, tertia procedens. Etsi verò vna est trium harum simplicissima essentia, qua vnus Deus, & sunt & dicuntur, pater, filius & Spiritus sanctus alia tamen est Patris sapientia ingenita, alia filij genita, alia Spiritus S. procedens, id quod te D. Augustinus docere

XLIX.

docere potuit, & tu minimè negare potes. Effudit ergo persona filij, quæ alia est quam Patris ( et si non aliud sit ) suam genitam potentiam & sapientiam in hunc hominem, cuius naturam in vnitatem personæ assumpsit, quæ sola incarnata est, non pater aut Spiritus S. Ideoq; solus filius, ( qui solus incarnatus est, & per vnionem sese in humanitatem assumptam effudit, ) Christus dicitur, non pater, aut Spiritus sanctus. Quod aliàs copiosè explicatum est contra Pontificios, ad quorum iudicia Beza prouocat.

Satis ergo nunc dictum sit, quòd per proprietates diuinitatis communicatas, & in assumptam humanitatem effusas, non attributa aut accidentia intelligamus, quæ seorsim habeat humanitas : sed essentielles Dei, non tamen absolutè consideratas, verùm ea ratione, qua per vnionē, personalem communicantur: & quòd vnio naturarum non sit otiosa, aut talis, in qua naturæ pro se singulæ agant, sicut opinatur Beza cum suis, ita nimirum, vt diuinitas sua agat seorsim, & humanitas sua quoq; : sed quòd ambæ simul personæ liter agant. Diuinitas videlicet, tanquam principale agens per humanitatem, & humanitas cum diuinitate, totus videlicet Christus Deus & homo.

Quapropter disputatio illa, quam de attributis, formis, & accidentibus instituit Beza, explicatione hac quoq; expedita est. Vbi meminisse velit, quibus imputet blasphemiam illam, qua Christum, hominem duntaxat quidam constituunt, qui non essentia, sed per accidens, non natura, sed integra virtutis accidentaria communicatione erit Deus.

Hanc blasphemiam centies in suo libro repetit,

*Aug. lib. 15.  
de Trin.*

*Solus filius  
Christus  
dicitur.*

*Qualis vnio du-  
arum natura-  
rum in Christo.*



## L.

*Depellitur ca-  
lumnia quod  
Christus sit per  
accidens Deus.*

& inculcat Beza, nobiscq; imputat: ac nisi id demon-  
stret nos profiteri, se ex terra viventium profligari  
petit: tacite exilium minatus, quod in animo suo no-  
bis iam pridem decreuit. Sed quid nunc Beza? cum  
videas nos nihil horum credidisse vnquam aut pro-  
fessos esse? Num dices te nostram sententiam non esse  
affecutum? qua fronte igitur eam damnare ausus es?  
cur non placide, et qua par est, quanq; promisisti, mo-  
destia quaesiuisti, qua nostra esset sententia, priusquam  
nos tanquam blasphemos & perturbatores tranquillis-  
tatis Ecclesie in vniuerso orbe Christiano tr aduceres?

Equidem qui hec tua legit: nos Ecclesie Dei: Chri-  
stum obtrudere, qui non sit natura & essentia, sed per-  
accidens tantum Deus, quomodo non posset non  
iusto zelo aduersus nos insurgere, nostramq; doctri-  
nam execrari ac destestari?

Sed Deo laus, de nostra innocentia: Ecclesie Dei  
iam pridem constat. Nec dubitamus, in regno Gallie,  
& passim, vbi hic tuus libellus volitat, si non beneuo-  
los, saltem iustos habituros iudices, qui nos inaudi-  
tos, & ex alterius partis clamore non sint iudicaturi.  
Quod si aliter fecerint, faciant id suo periculo: modo  
nos nostro officio functi simus, & conscientiam bo-  
nam retineamus, qua veritati testimonium perhibet.

*Examen nonae  
conclusionis  
disputationis  
meae.*

Nunc paucis quoq; perstringam, quid in descriptis  
one vnionis personalis desideres, quam in nona con-  
clusionione mea disputationis his verbis posui: Quae  
duae naturae siue substantiae vnum personale consti-  
tuunt, non tanquam compositum ex partibus tertium  
quoddam <sup>diuersum</sup> constituentibus, sed quasi per acci-  
dens, vt scholastici loquuntur, vnum propter naturas,  
& sub

& substantias constituentes: non existente tertia quãdam per se substantia, quæ neque Deus neque homo sit.

Hæc sunt verba mea, quibus vnionem personarum ab alijs speciebus vnionis discernere volui. In his Beza reprehendit, quòd affirmem, duas naturas in Christo quasi per accidens vnum constituere, siue vniri. Idq; calumniatur statim, & asserit, me constituere vnum, non substantia, sed per accidens.

Huic calumniæ insistens, protinus ad lectorem pro more declamitat: Cedo verò, inquit, quid illud est: nempe Christus. Quis ergo vobis Christus? vnum aliquid præter illas naturas, non tamen substantia (ne videamini cum Eutychete facere) sed per accidens, id est, si vestram sententiam percipio (denuo dicitur de nostra sententiã) proprietatibus alterius (videlicet diuinæ naturæ) in alteram (videlicet humanam) effusis.

Videt autem & manibus palpat pius lector manifestam hanc calumniã. Ego enim addidi (vocalam QVASI) & non dixi simpliciter, per accidens, sed quasi per accidens: qua vocula inter essentialem & accidentalem, hanc personalem vnionem tanquam mediam collocaui.

Quod vero addit, hanc descriptionem non modo nouam, sed etiam in Ecclesia Dei inauditam esse, quã ipse vt prorsus falsam repudiet, id multo magis mirandum est. Etenim hanc ego non confinxi, aut prius inueni, sed ex Gabriele Bihel scholasticorum nõ infimo descripsi, quam ipse paulò copiosius & eruditè sanè explicat.



Nec est, vt mihi Scholasticorum ineptias obijciat, cetera enim quales sint nouimus: sed in mysterio Trinitatis, & vnionis personalis explicando, non modo pie, sed etiam erudite multa elaborasse, pro veritate asserenda, nemo nisi indoctus negauerit. Cur igitur mihi tanquam nouum & ante inauditum obijcere audeat, quod in scholis tritum fuit?

*Lib. 3. Sent.  
Dist. 1. Q. 1.  
Dub. 3.*

Rationem autem huius reddit ipse Gabriel: licet enim (inquit) natura humana non sit accidens Verbi, tamen accidentaliter, id est, contingenter, vnitur Verbo.

*Nota bene.*

Ideo non potuit aut voluit dicere, has duas naturas in Christo vniri per accidens, sed inquit, quasi per accidens. Quasi inquit, per accidens, & non simpliciter per accidens, quod contingenter fiat ista vnio, & altera natura ad alteram dependeat. Hoc (quasi) dum expungit Beza, & per vniuersum libellum declamatur de accidentario quodam Christo, quam candidè id faciat, penes Lectorem iudicium esto.

*Vnum personale, mediū inter substantiale & accidentale.*

Et mala est consequentia: In vnione duarum naturarum in Christo non constituitur præter naturas vnum substantia, ergo per accidens vnum constituitur. Nam est aliquod tertium, videlicet, vnū personale, in quo duæ substantiæ non fiunt vna substantia, sed vna persona, in qua, vna natura dependeat ab altera, vt humana à diuina, à qua etiã sustētatur, et sine qua humanitas non habet proprium hypostaticum esse. Et neutra est alterius pars, sicut in compositis, quæ ex partibus constituuntur. Nec enim humanitas est pars diuinitatis, nec diuinitas est pars humanitatis: sed diuinitas filij est totum, & persona per se subsistens: & huc

## LIII.

& humana quoque natura est totum quiddam, & perfectum, anima & corpore constans, etiam si non habeat proprium esse hypostaticum, personata à persona λόγου: hoc est, à Verbo in unitatem suae personae assumitur, ut sit vna persona Verbi & naturae assumptae. Quemadmodum autem est singularis haec unio, ita etiam est praedicatio singularis.

Atque hoc sane modo nobiscum non pugnat, quod <sup>119.</sup> Beza scribit, se credere, hunc hominem esse verè essentialiter ipsissimum illum filium Dei, vnigenitum essentialiter inconsusa videlicet unione, non autem per accidens, aut proprietatum effusione. Neque enim hoc est Deum esse, sed diuinum esse: & hoc concessio, Christus ex vna tantum essentia humana constaret, proprietatibus autem geminis: quod dogma non tantum absurdum, sed etiam blasphemum & impium esse affirmamus. Haecenus Beza.

*Quomodo Christus essentialiter & personaliter sit Deus.*

Nos idem planè affirmamus, modo uocabulum (essentialiter) non ad naturam humanitatis referat. Homo enim ratione suae propriae naturae non est essentialiter Deus, sed personaliter: ratione verò naturae diuinæ, essentialiter Deus est. Homo autem non accidentaliter effusione proprietatum diuinæ naturae, qualem fingit Beza, & nobis falso adscribit, sed personali unione est Deus personaliter, qua diuinitas filij sese ita effundit in humanitatem, sine omni naturarum & proprietatum confusione, quemadmodum paulò antè de corpore animato diximus, ut eas humanitati personaliter, non seorsim aut separatè comunicet, hoc est, sibi naturam humanam ita propriam faciat, ut per eam, & cum ipsa omnia agat:



## L I I I I.

agat : qua ratione ipsa quoque effecta est non modo viva, sed etiam viuifica, quod nullius hominis naturæ contigit.

Quapropter scias, Christiane lector, quoties in Beza scripto dicta de accidentario Deo occurrunt, in quibus Beza de Christo concionatur, qui per accidens tantum sit Deus: qui sit diuinus homo: cuius natura seorsim sit facta omnipotens & omnipræsens: in quam ita effusa sit diuinitas Dei, vt sint accidentia absoluta, & à diuinitate separata in humanitate Christi &c. & si quæ sunt similia, illa omnia ad nos nihil quidquam pertinere, sed esse Bezae figmēta, & calumnias, quæ nulla causa nobis imputantur. Nihil enim horum docemus, sed damnamus, improbamus, detestamur & execramur hæc portentosa opinionum, quæ nobis accidentarium quendam Christum propinant: qui non sit verè & naturaliter Deus, patri ὁμοούσιος, eiusdem & vnius substantiæ atque essentiæ: cuius diuinitas humanitati non *κατασάρκα* aliqua assistat, sicut Nestorianis placuit, aut eam in seipsa gloriosam tantum faciat, sed cum ea personaliter vniatur, vt eam sibi faciat propriam, quemadmodum, anima sibi suum corpus proprium facit: in quam omnes suas proprietates sine confusione naturarum aut proprietatum effundat, sicut anima sine omni confusione suas potentias in proprium corpus effundit, cum qua omnes actiones corpus communes habet.

Fatetur quidem Beza nobiscum, sicut alij quoque suæ opinionis sectatores: quod diuinitas humanam naturam assumptam sibi fecerit propriam. Sed dum eius explicationem declinat, hoc ipso iterum quod paulò

ante affirmauerat, conuellit. Tribuit enim diuinitati  
 administrationem cœli & terræ, quam ipsa sola exer-  
 ceat, iuxta quam etiam solam Christus præsens omnia *D. Beza facit*  
 administret: similiter & humanitati suas actiones se- *duas personas,*  
 orsim, qua scilicet suis Angelis & beatis hominibus *& duos Chri-*  
 conspiciendum se præbeat: vt hoc modo singulæ na- *stos, quibus di-*  
 turæ sua faciant, quod est reuera cum Nestorio perso- *uerfas operati-*  
 nam discerpere, naturas diuellere & separare, quarum *ones tribuit.*  
 vnio per effusionem illam explicatur, de qua satis dis-  
 ximus. Non enim habet nunc diuinitas actiones ab  
 humanitate separatas, sed omnia in omnibus operatur  
 tota persona, secundū diuinam naturam essentialiter,  
 & personaliter simul, quia essentia & persona in diuis-  
 nitate Christi vnum sunt, secundum humanitatem per-  
 sonaliter tantum, id est, non per se, aut naturaliter, sed  
 eo modo, quo est à filio Dei in vnitatem personæ as-  
 sumpta, quo modo etiam cum filio Dei vbiq; locorum  
 non localiter, sed personaliter adest.

Hæc sufficiant breuiter dicta de personali vnione,  
 in qua explicatione non modo D. Brentium, sed me-  
 arum quoq; thesaurum veritatem demonstrare ac tueri  
 volui, quas Beza sine causa reprehendere, & conuel-  
 lere frustra conatus est. In quibus vnionem personas  
 lem disertè & perspicuè explicare studui, ne aut pers-  
 sonæ diuiderentur, aut naturarum proprietates mis-  
 scerentur, nec verbalis etiam proprietatum in perso-  
 na Christi prædicatio constitueretur, sed eiusmodi,  
 quæ humanitati summam maiestatem tribuat, qua  
 toto genere, & non gradibus, ab omnibus sanctis dis-  
 cerneretur. Idq; piū Lectorē ex similitudine animæ,

H

quæ



quæ inter omnes alias aptissima est, intellexisse confido, quòd Scripturæ sacræ illustribus testimonijs ita firmavimus, vt sperem de veritate doctrinæ nostræ, quam hactenus cum Luthero professi sumus, neminem verè pium dubitare

*Testimonia S.  
Patrum de ma-  
iestate hominis  
Christi.*

Quoniam verò aduersarij nostri passim in suis scriptis declamitant, doctrinam hanc nostram consensu S. Patrum destitui, qui Apostolos secuti in Ecclesia Dei docuerunt, visum est hîc aliquot piæ vetustatis testimonia adijcere, vt omnes piij & veritatis amantes intelligant, non aliam fuisse Sanctorum Patrum fidem & doctrinam de duarum naturarum in Christo personali vnione, quàm hanc nostram, quæ in Ecclesijs nostris sonat.

*Iustinus Martyr in expositione fidei de Tri-  
nitate.*

Communis hîc Sol nobis quotidie se præbet omnibus, nec magis minusve irradiat aliùm quàm ali-  
um, sed in omnes exercet vim suam. Attamen, si quis acutiore visu polleat, plus eius splendoris recipit: non quòd Sol magis in eum agat, quàm in cæteros, sed propter vim oculorum eximiam, at quisquis infirmos habet oculos, ne obtueri quidem tantam lucem poterit, propter eorum habitudinem. Idem cogita de Sole iusticiæ, cum sit Deus, ex æquo illum adesse omnibus *IUXTA SVAM ESSENTIAM*: Nos autem quotquot sumus, vt hebetes & oculis squas-  
lentes, præ peccatorum sordibus, ad percipiendum lumen

L VII.

Tamen non esse idoneos, templum verò illud propriè  
 um oculo purissimo TOTIVS LVMINIS SPLEN-  
 DOREM CAPERE, vtpote formatum Sancti spiritus  
 opera, & à peccato prorsus alienissimum. Nam sicut  
 Sol, quamvis sua vi attingat pariter omnia, tamen  
 non ab omnibus similiter capitur: Sic Verbum illud  
 iuxta essentiam præsens omnibus, non similiter  
 adest cæteris, vt proprio templo.

*Gregorius Episcopus Nissenus contra Eu-  
 nomium.*

Qui dixit: quia dextera Dei exaltatus est, certissimè  
 reuelavit dispensationem ineffabilem Sacramenti,  
 quia dextera Dei creatrix omnium existentium:  
 quæ est Dominus, per quam omnia facta sunt, &  
 sine qua factorum constat nihil, ipsa vnitum homi-  
 nem euexit per vnitatem, ad propriam celsitudinem.

*Athanasius Episcopus Alexandrinus, in libro de  
 Incarnatione.*

Quæcumq; scriptura dicit, quia filius accepit, &  
 glorificatus est filius, propter humanitatem eius dicit,  
 non propter diuinitatem.

*Ibidem.*

Vnde ait, & Deus eum superexaltavit, & donauit  
 ei nomen, quod est super omne nomen, &c. De templo  
 hæc dicit, quod est corpus eius: non enim excelsus  
 exaltatur, sed caro exaltatur excessi, et carni excelsi  
 donauit nomen, quod est super omne nomen,



L VIII.

& non Verbum Dei per gratiam accepit, vt vocaretur Deus, Sed caro eius cum eo deificata est.

*Paulus Episcopus Emisenus in Homilia de incarnatione.*

» Attende quid dicatur. Diuiniora quidem assumptionis naturæ dedit, eorum verò quæ humanitatis sunt, nihil assumpsit. Ambulauit supra mare, sed cum proprio corpore; increpauit ventos & mare, sed per proprium corpus. Occurrit illi leprosus, dicens: Domine, si vis, potes me mundare. Dicit ei, volo, mundus esto. Et tetigit eum, corpus, videlicet, Dominicum, & celsit morbus ablataque est lepra. Pauit quinque millia hominum quinque panibus, sed per proprium corpus. Acceptis namque panibus, gratias egit Patri, & fractos dedit discipulis, discipuli verò multitudini, & super fuerunt duodecim fragmentorum cophini. Solius Dei est remittere peccata. Dicit autem, vt sciatis potestatem habere filium hominis remittendi peccata. Iterum dicit: Nemo ascendit in coelum, nisi qui descendit de coelo filius hominis, qui est in coelo. Vides eum quæ sublimiora sunt humanitati dedisse.

*Cyrillus in Ioannem lib. 2. cap. 144.*

Sicut enim Pater (inquit) habet vitam in semetipso, sic dedit & filio vitam habere in semetipso. Nolite, inquit, mirari, si, quum me hominem esse videatis, suscitaturum tamen mortuos me pollicear, & in iudicium deducturum miniter. Dedit enim mihi viuificandi

## LIX.

candi virtutem Pater dedit iudicandi potestate m: sed  
 vt lubricam Iudæorum mentem his retinere studuit,  
 sic aliorum quoq; curam non paruam habuit. Quas  
 propter causam, quare hæc sibi à Patre data dixerit,  
 illico subiecit, dicens: Quia filius hominis est. Vt in-  
 telligamus omnia sibi data fuisse, vt homini, qui quum  
 creatura sit, nihil habet à seipso. Vnigenitus verò  
 filius, non vitæ particeps, sed vita naturaliter, vt Pa-  
 ter est.

*Idem De incarnatione vnigeniti, cap. 7.*

Sicut corpus alterius est naturæ præter animam, ve-  
 nus tamen ex vtroq; homo efficitur & vocatur: ita etiã  
 ex perfecta Dei Verbi subsistētia & humanitate pers-  
 fecta, vnus est Christus. Idē in eodē Deus simul & ho-  
 mo, & sua quidē dicit Deus Verbum, vt antè dixi, quæ  
 sunt carnis propria: quia ipsius est corpus & non alte-  
 rius: communes autē facit tanquam cum sua carne di-  
 uinæ suæ maiestatis operationes, vt posset etiam vi-  
 uificare mortuos, & sanare infirmos.

*Ibidem, cap. 8.*

Cæterum tãquàm in imagine, licet in carbone con-  
 spicere, adunatum quidem humanitati Deum Verbū,  
 non tamen proiecisse quod fuerat: transformasse au-  
 tem magis assumptam naturam in suam gloriam & os-  
 perationem. Quemadmodum enim ignis ligno affi-  
 xus, & in id penetrans, comprehendit quidem ipsum,  
 & quamuis lignum esse non desinat, vim tamen suam



## L X.

speciemq; transmittat omnem seq; confert in lignum,  
 & cum ipso, iam quasi vnum in aliquod æstimatur. I-  
 dem intellige & de Christo. Adunatus enim inæsti-  
 mabiliter humanitati Deus, seruauit quidem ipsam in  
 » eo, quod fuerat, & ipse permansit, quod erat, semel ta-  
 » men adunatus, quasi vnus iam cum ipsa putatur, ea que  
 » sunt illius sua faciens. Conferens autem ei etiam ipse  
 » suæ naturæ operationem.

*Ibidem, cap. 9.*

In Cantico Canticorum ipse nobis introductus est,  
 dicens Dominus noster Iesus Christus. Ego flos campi  
 & lilium conuallium. Quemadmodum ergo odor res  
 quidem est incorporea, habet autem, quali proprium  
 corpus id in quo inest, tamen vnum ex vtroq; intelli-  
 gitur. Lilium corrumpitur, tamen ratio ipsius vnus  
 rei discessit, in subiecto enim odor est: ita etiam de  
 Christo intelligimus diuinitatis naturam, quæ suam  
 excellentissimam maiestatem vt odorẽ suauissimũ mun-  
 do dispergat, tanquam in subiecto esse corpore huma-  
 nitatis & id quod incorporeale est per naturã, per adu-  
 nationem dispensatoriam penè dicam factam fuisse  
 corporale, in eo enim diuina signa operatus est.

*Idem in libro de Recta ad Dominum nostrum Iesum Chri-  
 stum fide ad Reginas.*

Admirabere in istis Christum operantem vt Deum,  
 simul & corpore: vt Deum quidem dum vult: vt homi-  
 nem autem, dum extendit manum. Vnus igitur ex  
 vtrisque

## LXI.

utrisque filius. Nam quamuis Verbum caro factum sit, operatur tamen ut Deus cum sua carne, quæ per illud habet virtutem. Et iterum: proinde habet tanquam ex seipso secundum naturam existens in seipso vitam secundum quod intelligitur ut Deus. Et quis sit accipiendi modus, docebit, dicens ipse, quia filius hominis est. Non enim proprium est hominis à se posse habere vitam. Quia autem proprium factum est uentris Verbi, unitum illi, corpus, hac ratione & valde merito, tanquam habens ipsius uiuificam operationem, accepisse dicitur vitam. Proprium autem iterum hoc facit sibi ille, cuius & proprium factum est corpus assumptum.

*Idem in Ioannem lib. 4. cap. 23.*

Quamuis ergo natura carnis, ut caro est, uiuificare nequeat, fecit tamen hoc, quia totam Verbi operationem suscepit.

*Hieronymus ad Marcellam.*

Extrema schedula continebat, utrum post resurrectionem quadraginta diebus Dominus cum discipulis conuersatus sit: & nunquam alibi fuerit, an latenter ad cœlum ascenderit atque descenderit, & nihilominus Apostolis suam præsentiam non negauerit. Si Dominum Dei filium consideres, de quo sermo est, & illum esse qui loquitur: Nonne cœlum & terram ego repleo dicit Dominus: & de quo alius Propheta testatur, cœlum

*Quæstio Marcellæ est de præsentia humanitatis. Respondit Hieronymus ex uir- tute diuinitatis quæ per-*

mihi



*sonaliter humani* mihi thronus est, terra autem scabellum pedum meos  
*nicati est cōmu-* rum; Et rursum alibi: Qui tenet cœlum palmo & ter-  
*nicata.* Quos ram pugillo: de quo David canit: Quò ibo à Sp̄ritu  
*niam ex se hanc* tuo & à facie tua quò fugiam. Si ascendero in cœlum  
*maiestatē non* tu ibi es: si descendero in infernum ades, &c. profectò  
*habes natura* non ambiges, etiam ante resurrectionem sic in Do-  
*humana, sed ex* minico corpore habitasse Deum Verbum, vt in patre  
*vnione cum dis* esset & cœli circulum clauderet, atq; in omnibus in-  
*uina.* fufus esset, & circumfufus, id est: vt cuncta penetraret  
 interior, & contineret exterior. Stultum est igitur il-  
 lius potentiam vnus corpusculi paruitate finiri, quē  
 non capit cœlum: & tamen quod vbiq; erat, etiam in  
 fillo hominis totus erat. Diuina quippe natura, &  
 Dei sermo in partes secari non potest, nec locis di-  
 uidi, sed cum vbiq; sit, totus vbiq; est. Erat igitur vno  
 eodemq; tempore & cum Apostolis quadraginta die-  
 bus, & cum angelis, & in Patre, & in extremis maris  
 finibus erat: in omnibus locis versabatur: cum Thoma  
 in India: cum Petro Romæ: cum Paulo in Illyrico: cū  
 Tito in Creta: cum Andrea in Achaia; cum singulis  
 Apostolis & Apostolicis viris, in singulis cunctisq;  
 regionibus. Hæc Hieronymus non de diuinitate  
 sed humanitate interrogatus respōdet, quam demon-  
 strat non sua virtute propria, sed diuinitatis commu-  
 nicata affuisse, qua effectus est etiam secundum huma-  
 nitatem Dominus rebus omnibus præsens, quibus ad-  
 ministrandis etiam tanquàm homo præfectus est.

*Augustinus in Sermone 8. de verbis Domini in monte.*

Suscepit animam, suscepit corpus, suscepit plenum  
 hominem,

LXIII.

hominem, coaptat sibi, vnam facit Dominus cum ser-  
uo personam. Quanta ista gratia? Christus in caelo, ce  
Christus in terra, simul Christus in caelo & in terra. ce  
Nec duo Christi, sed idem Christus in caelo & in ter- ce  
ra, Christus apud patrem. ce

*Idem tractatu 49. in Ioannem.*

Nam & anima Apostoli Verbo illustrata est: ani-  
ma Petri Verbo illustrata est: anima Pauli & alio- ce  
rum Apostolorum ac sanctorum Verbo illustratae ce  
sunt animae: sed de nulla dictum est: Verbum caro ce  
factum est, Et de nulla dictum est: Ego & Pater vnum ce  
sumus. Anima & caro Christi cum Verbo Dei vna ce  
persona est. Ac per hoc vbi summa potestas est, secun- ce  
dum voluntatis nutum tractatur infirmitas. ce

*Idem in Psalmum 97.*

Quod est brachium sanctum Domini? Dominus  
noster Iesus Christus, audi Esaiam: Quis credidit au- ce  
ditui nostro, & brachium Domini cui reuelatum est? ce  
Brachium ergo sanctum, & dextera ipsius, idem ipse ce  
est. Ergo Dominus noster Iesus Christus brachium  
Dei, & dextera Dei, propterea sanauit ei.

*Idem in Symb. ad Catechumenos  
lib. 2. cap. 7.*

Sessionem istam non accipiat humanis membris  
positam, &c. sed ipsa dextera intelligite potestatem, ce  
I quam



LXIII.

quam accipit homo ille susceptus à Deo, vt veniat iudicaturus, qui prius venerat iudicandus.

*Basiliius de Spiritu sancto cap. 6. Super illud: Sede à dextris, & sedet in dextera maiestatis.*

Cæterum, vt de imperitia eorum taceam, qui locum in corporeis decernunt, quid mitigabit pugnam, & contrarietatem ipsorum, per quam adeo impudenter scripturis aduersantur, nempe huic: Sede à dextris meis, & huic: Sedet in dextera maiestatis Dei, &c.

¶ Nam vox dextrum, non inferiorem locum, significat, veluti ipsi dicunt, sed habitum æqualem, non corporaliter accepta voce dextri. Sic enim & sinistrum aliquid in Deo fuerit: sed ex honorificis præsentia nobis minibus maiestatem filij nobis producente.

*Idem de natiuitate Christi.*

Τινὰ πρόπου ἐν σαρκὶ ἢ θεότης, ὡς δὲ πῦρ οἰσίδρω οὐ μεταβατικῶς, ἀλλὰ μεταδοτικῶς. οὐ γὰρ ἐνδέχεται δὲ πῦρ πρὸς δὲ οἰδνωθῆναι. μένου δὲ κατὰ χάραρ μεταδίδωμι αὐτῷ τῆς οὐκείας δυνάμεως, ὅπερ οὐτε ἐλατῶνται τῆ μεταδόσῃ, καὶ ὅλοι πληροὶ ἐαυτῶ δὲ μετέχου κατὰ τὰ πῦρ καὶ ὁ θεὸς λόγος σὰρξ ἐγένετο. οὐτε οὐρανὸς ἐρημῶς ἢ τὸ σωέχοντος, ἢ ἢ γὰρ ἐν τοῖς ἰδίους κόλοις οὐρανὸν ὑπέδεχτο.

*In eandem planè sententiam & Origenes πρὸ ἀρχαῶν.*

Si ergo massa aliqua ferri semper in igne sit posita, omnibus suis poris, omnibusq; venis ignem recipiens:

## LXV.

nis: & tota ignis effecta, si neq; ignis ab ea cesset aliquando, neq; ipsa ab igne separetur, nunquam dicemus hanc, quæ natura quidem ferri massa est, in igne positam, & indefinenter ardentem, posse frigus aliquando recipere. Quinimò quod verius est, magis eam, sicut in fornacibus sæpe fieri oculis deprehendimus, totam ignem effectam dicimus: quoniam nec aliud in ea nisi ignis cernitur, Sed etsi qui contingere atq; tractare temperauerit, nõ ferri, sed ignis vim sentiet. Hoc ergo modo etiam illa anima, quæ quasi ferrum in igne, sic semper in Verbo, semper in Sapientia, semper in Deo posita est, quod agit, quod sentit, quod intelligit, Deus est: & ideo nec conuertibilis & mirabilis dici potest: quæ in conuertibilitatem ex Verbi Dei vnitate indefinenter ignita possedit.

*Ambrosius in Epistola 16.*

Viuitos in Christo sedere fecit in cœlestibus in ipso Domino Iesu: non quo quisquam hominum prærogatiuam sedendi meruerit in illa sede Dei, de qua Pater soli filio dixit: Sede à dextris meis: sed quia in illa carne Christi per consortium eiusdem naturæ, caro omnis humani generis honorata est. Nam sicut ille in nostra carne subditus legitur per vnitatem carnis, & obedientiam corporis, in quo fuit obediens vsq; ad mortem: Sic & nos in illius carne consedemus in cœlestibus. Nos ergo sedemus, sed in Christo sedemus, qui solus sedet ad dexteram Dei filius hominis, sicut ipse dixit: A modo videbitis filium hominis.



*Idem in Epistolam ad Hebræos cap. 1.*

Per dexteram non Deum corporaliter deformavit, sed magnitudinem demonstravit honoris, dum dixit:  
 „ In excelsis. Ostendit eum omnibus altiolem, & super  
 „ eminentem esse, qui etiam vsq; ad ipsum peruenit so-  
 lium paternæ claritatis. Sicut enim Pater in excelsis  
 „ est, sic & filius. Confessus enim nihil demonstrat  
 „ aliud, nisi honoris æqualitatem. Si enim minoratio-  
 nem vellet ostendere, nunquam diceret: A dexteris.  
 Et mox in illud: Cui dixit aliquando Angelorum: Fi-  
 lius meus es tu, & rursus: Ego ero illi in Patrem, &c.  
 Hoc absq; vlla dubitatione de incarnatione filij dici-  
 tur. Ideo verbum futuri temporis posuit, Ero, &c.

*Nota bene.*

Addamus etiam testimonium Fabri Stapulen-  
 sis, quem Beza tanquam domesticum, vtpote Gallum,  
 fortassis non facile reijciet.

*Stapulensis in 1. Cor. 12.*

Vos estis membra Christi ex parte, id est, pars  
 membrorum Christi: non autem omnia membra.  
 Non enim Corinthij fideles erant totum corpus Chris-  
 ti, imò neq; Europa, neq; Asia, neq; Africa capax  
 est plenitudinis corporis Christi, corporis, inquam,  
 Christi, cui corpora nostra spiritali modo vniuntur,  
 „ & vt sic dicam, concorporantur, quod cœlum implet,  
 „ & terram. Est enim vbicumq; Verbū est, nam Verbū  
 „ caro factum est. Quare Verbum nusq; est sine carne,  
 „ neq; caro illa sine Verbo. Videte ne corporalis imagi-  
 natio vos hęc ludat, loca multiplicans, spacia disten-  
 „ dens. Neq; hęc locorum multiplicatio, neq; spaciorem  
 „ distantia intelligitur, sed plenitudo sine loco, supra  
 locum.

## LXVII.

locum omnē, infra locum omnem, extra & intra om-  
nem, sine spatio, supra & infra omne spatium, extra &  
intra omne spatium. Et corpus Christi superspirituali  
illo modo, qui sine modo est, nulli comparabile, nulli  
proportionabile est. Sed corporali modo, quo in ter-  
ris visus est, & cōparabile & proportionabile est. Hoc  
ex assumpta infirmitate, & modum, & cōparationem,  
proportionemq; admittens, illud autem ex assumēte  
virtute, modum, cōparationē omnem, omnemq; pro-  
portionē diffugiens. Id ratio imaginationi iuncta nō  
attingit, neq; rationaliter in seipsa manens, verum ab-  
surda vtrinq; loquitur & effingit, sed extra se euadēs,  
superrationaliter superiori mente infusa virtute, vbi  
neq; loca, neq; spatia, neq; numerus, neq; multitudo,  
neq; tempus cogitantur, vera sentit, & vera loquitur,  
loquitur quidē, vt in eloquibilia, incōparabilia, & im-  
proportionabilia dici queunt, & quomodo ineloqui-  
biliter. Verum aliās, si Deus aspirauerit, de hac ma-  
teria amplius haecenus stapulensis.

Possē etiam alia quā plurima in hāc sententiam  
& veterū & neotericorū cōmemorare testimonia: Sed  
hāc pauca recitare volui, vt docerē, quā verē ab ad-  
uersarijs nostris asseratur, dogma nostrū de maiestate  
Christi secundū humanitatē, esse non modō absurdum  
& blasphemū, sed etiam in Ecclesia inauditum, & eru-  
ditē vetustati prorsus incognitum. Solent quidem &  
ipli innumera ex S. Patrum scriptis cōgerere testimo-  
nia, quibus veritatem humanæ naturæ demonstrant,  
etiā in gloria. Sed quid opus erat: quum veritas huma-  
næ naturæ nobis nunquam negata fuerit, sed ea pos-  
sita & credita, cum ipsa quoq; hanc maiestatem confi-  
tere.



## LXVIII.

stere posse non tam scripturæ sacræ, quàm S. Patrum testimonijs demonstrauius: quam Christo non tribuimus absolutam, sed quatenus cum diuina natura personaliter est vna, quæ non est verbalis communicatio, sed vera huius maiestatis participatio.

Ex his autē spero Christianum lectorem intelligere, quàm alieni fuerint scriptores Ecclesiastici ab <sup>omnibus</sup> quæ humanitati Christi verbotenus tantū maiestatem tribuit, qua cum Deo præsens omnia administrare dicitur. Quid enim aliud vult Iustinus Martyr, dum affirmat, Christum totius luminis Verbi splendorem capere. Quid aliud Gregorius, qui testatur Christi humanitatē ad propriā celsitudinem Verbi euectam? Quid aliud Athanasius per deificationē? Quid Paulus Emisenus, aliud per diuiniora assumptæ naturæ data? Quid aliud Cyrillus? dum affirmat Christo homini viuificandi virtutem datam, transformatam in Verbi gloriam & operationem? Quid quæso aliud Hieronymus? Marcellā suam erudire volens, Christū in singulis cunctisque regionibus cū suis Apostolis non modo secundum diuinitatē (de qua Marcella nō interrogauerat) sed etiā secundū humanitatē fuisse. Quid aliud Augustinus? disserens Christum simul in coelo & in terra fuisse, qui sit ipsa dextera Dei secundum diuinitatem, & sedeat ad dexteram Dei secundum humanitatem? Quid aliud Basiliius per habitum æqualem? per similitudinem ferri condentis, sicut & Origenes intellexit? Quid aliud Ambrosius per sessionem ad dexteram Dei, quàm soli Christo vendicat? Quid aliud quæso tuus ille Stapulensis non minus aperte quam piē maiestatem hanc hominis Christi asserens, qua

qua eū nullo loco circumscriptā supernaturali & sus-  
per spiritualissimo modo omnibus rebus presentē sta-  
tuit: Neq; aliter sensisse reliquos patres certum est:  
quorum testimonia superuacaneum puto prolixius  
commemorare, qui in adorando & venerando, quam  
scrutando hoc mysterio plus occupati fuerunt.

Nunc ad alteram partem accedamus, quæ est de as- *Disputatio de*  
censu Christi in cœlum, in qua multa disputantur, *cælo locali alie-*  
quæ nihil ad institutum faciunt, videlicet de condi- *na est à disputa-*  
tione cœli, de natura & proprietatibus gloriosorum *tione de maie-*  
corporum, de conditione damnatorum, de inferno. *state hominis.*  
Quæ simul omnia ad præsentem materiam non perti-  
nēt, de qua nūc disputamus, videlicet de maiestate ho-  
minis Christi: & cōditione, qua in Deū homo assums-  
ptus, factus est vna persona cum Deo, & eam virtus  
tem humanitati contulit, vt secundum illam simul in  
pluribus, adeoq; omnibus locis præsens esse possit.

Posito enim & constituto, eam esse conditionē cœ-  
li, & gloriosorum corporum, adeoq; etiam corporis  
Christi, de qua Zuinglius, Bullingerus & Beza dispu-  
tant, nihil tamen præsentia Christi secundum huma-  
nitatem accedit vel decedit: quam (vt sæpe dictum  
est) non ex proprietate corporum gloriosorum, sed vs-  
nitione personali confirmamus, quæ facta est in Chris-  
to, priusquam ad cœlos ascenderet.

Etsi enim corpori Christi etiam accidentaliter *Maiestas vni-*  
tigit gloria, postquam à mortuis resurrexit, cuius cor- *nis excellit glo-*  
pus factum est spirituale & gloriosum, nulla tamen *riam corporis*  
est comparatio huius gloriæ ad maiestatem illam, quæ *Christi acciden-*  
ipsi in vtero matris est collata, vbi factus est vna per- *talem.*  
sona cum Deo, quæ omnes cœlos, & omnem beatitudi-  
nem excellit,



*Ioan. 3.* Huius maiestatis acquisitionem, in hac disputatio-  
ne, nostrarū Ecclesiarum doctores, exemplo Christi,  
etiam ascensum in cœlum appellarunt, qui omnibus  
cœlis est excelsior & sublimior. Id quod facile demon-  
strari potest. Nam extra controuersiam positum est,  
Deo nihil esse sublimius aut magis excelsum. Ita igitur  
assumitur à Deo, ut vna persona cum Deo fiat, est  
collocari in maximam sublimitatem, & euehi ad sum-  
mam maiestatem, qua cum Deo omnia in cœlo & in  
terra gubernet. Id nemo sanus inter nos negabit, qui  
fidei articulos mediocriter tenet.

*De naturali & proprio modo corporis Christi.* Cum autem etiam de cœlo disputari cœptum esset,  
quæsitum est de naturali & proprio modo corporis, si-  
ue humanitatis Christi in cœlo: siquidem Brentius ei  
etiam post resurrectionem triplicem tribuat, Maies-  
tatis, gloriæ, oeconomie Sed plana est etiam hæc ex-  
plicatio.

*Ὀικονομία Christi post re-  
surrectionem.* Nam statim post resurrectionem Christum habuisse  
se corpus gloriosum & spirituale, nō negat Beza. Ver-  
rūm in ea gloriā non apparuit suis discipulis, sed alia  
forma se conspiciendum præbuit: nunc in habitu hor-  
tulani, nunc peregrinantis: nunc cicatrices ostendens,  
quam rationem siue *ὀψυχαρὰ ἑασις* siue *ὀικονομία* appel-  
les, nihil moror, si modo cōstet, aliam esse gloriā cor-  
porum gloriosorum, quā tum Christus quoque ha-  
buit, priusquā ascenderet, quam tamen ad tempus  
tegere voluit, donec suam resurrectionem discipulis  
suis plenissimè testatam faceret.

*Oeconomia nō est proprius modus corporis Christi.* Constat igitur de Oeconomia illa, quod nō sit pro-  
prius & naturalis modus corporis, siue humanitatis  
Christi post resurrectionem, quæ breuissimo tempore  
durauit.

Restant

## LXXI.

Restant nunc duo modi, quorum alter gloriæ, alter maiestatis est, de quibus scripturæ sunt expressa testimonia. *Duplex modus corporis Christi proprius.*

Modus gloriæ pertinet ad corpus Christi, eiq; proprius est, quatenus humanitas Christi, per se, & in se ipsa, suaq; natura & substantia consideratur, de quo Apostolus scribit: Nostra conuersatio, inquit, in cœlis est: vnde & seruatorem expectamus, qui transfigurabit corpus nostrū humile, vt conforme reddat corpori suo glorioso, secundum efficaciam, qua potest etiam sibi subijcere omnia. *2. Modus gloriæ. Philip. 3.* Etsi enim maior splendor futurus est corporis Christi, proximè tamen ad eum accedet gloria electorum, qua ipsorum quoq; corpora ad conformitatem corporis Christi ornabuntur.

Maiestatis verò modus proprius est corporis siue humanitatis Christi, quæ anima & corpora constat, propter vnionem hypostaticam, siue personalem. *3. Modus maiestatis.* Sicut enim nulli angelorum, ita etiam nulli hominum, præter filio hominis Iesu Mariæ filio dictum est: *Psal. 110.* *Matt. 22.* *Heb. 1.* Sed de à dextris meis. Quoniam diuinitas huius solius hominis Iesu Nazareni, sibi propriam fecit humanitatem & naturam, vt eam in vnitatem personæ assummeret, cum qua coniungeretur inseparabiliter, vt sine omni naturarum, & earundem proprietatum confusione maiestas omnis diuina sese in hunc hominem effunderet, sicut potentiæ animæ cuiuslibet hominis in proprium corpus: vt posthac nihil seorsim agat filius Dei, sed omnes actiones suas, cum assumpta natura haberet communes.

Hanc maiestatem habuit Christus in vtero matris.



Ibi enim facta est duarum naturarum personalis vnio: vnde etiam Maria *θετοκος* appellatur, quia infantem peperit, qui non solum verus homo, sed etiam verus Deus fuit. Nolu it autem hanc maiestatem Christi semper vsurpare aut exerere: sed ad tempus ferui formam induit, cum nihilominus esset in forma Dei, & se ipsum exinaniuit: donec accederet tempus, quo per miracula stupenda demonstraret, se vere esse in forma Dei. Miracula enim non aliena, sed propria virtute fecit, quæ non fuerunt solius diuinitatis, sed etiam humanitatis suæ, hoc est, totius personæ opera. Diuinitas namq; per humanitatem & cum humanitate fecit omnia ista opera, sicut anima per corpus, hoc est, homo totus corpore & anima omnia sua opera facit.

*Miracula Christi, non solius λόγου.*

Cum autem moriendum esset, diuinitas humanitatem quidem nunquam deseruit: sed virtutem suam non semper per eam exercuit: & sicut Irenæus loquitur, quicunq; Verbum in ipso, vt posset mori: cuius tamen virtute peccatum expiauit, iram Dei superauit, mortem, & infernum destruxit. Etenim purus putus homo tantam molem sustinere & superare non potuisset. Ita autem & tam occulte virtutem suppeditauit Verbum homini Christo, vt angelorum illi opus fuerit consolatione: quam cum non sentiret, clamauit: Deus meus, Deus meus, quare dereliquisti me. Hic sensus fuit, non benignæ alicuius virtutis, sed horribilis iræ Dei, quæ ipsi ob oculos posita fuit, donec tandem eluctatus, etiam cum clamore maximo spiritum emitteret.

*Matth. 27.  
Luc. 23.*

## LXXIII.

Verè ergo cum esset mortuus, corpus ipsius verè mortuum, in sepulchro custoditum fuit, non tam à militibus, ne transportaretur, quàm ab ipso λόγος, quod nunquam deseruit, sicut animam quoq; in Paradiso. Personalis enim vnio diuinæ & humanæ naturæ ne quidem per mortem separata fuit, etiamsi λόγος per humanitatem suam maiestatem ad tempus non exeruerit, sed quieuerit, sicut Irenæus appositissimè loquitur.

Postquam autè diuinæ iræ, pro totius mundi peccatis factum est, λόγος resuscitate nature humanæ, *Post resurrectionem non facta* non secundo aut iterum vnitus est personaliter: sed *est* noua vnio cum præsens semper esset animæ in Paradiso, & cor, *personalis Verbi cum creatura* pori in sepulchro, quod à corruptione conseruauerat, *humana.* suam maiestatem denuo cœpit per humanitatem hanc semel assumptam exerere. Ideoq; in cœlum receptus, dicitur nunc sedere ad dextram virtutis & maiestatis Dei, quoniam maiestas eius, forma seruili non amplius tecta est, nec diuinitas amplius quiescit in illo, sed per illum omnia diuinitatis suæ opera in cœlo & in terra efficit: Id quod est sedere ad dextram Dei, *Sedere ad dextram Dei.* hoc est, cum Deo in pari gloria & maiestate regnare.

Ex his intelligitur, duplicem modū homini Christo proprium esse & naturalem: alterū per se, qui est gloriæ, quem nuncq; deponet: alterū per vnionē personālē, qui est maiestatis, qua ad dextrā Dei sedens cum diuinitate cœli & terrę administrationē habet. Hęc plana *Veritas natura humana et maiestas simul communi sistere possunt.* sunt: quæ si quis negat, elemēta Christianismi ignoret dicendus esset: qua ratione præter maiestatem communi



municatam, etiam veritas naturæ humanæ, cum eiusdem proprietatibus, quæ ipsi per se insunt, defenditur & retinetur.

Vnde etiam patet, ex natura proprietate & conditione corporum gloriosorum, nostros non argumentari ad asserendam veram corporis & sanguinis Christi in cœna præsentiam. Cum aliunde hanc maiestatem Christus habeat, qui per assumptionem humanitatis in Deum in summam sublimitatem est euectus, ut quatenus homo etiam rebus omnibus præsens sit.

*Qua ratione nostri à natura gloriosorum corporum sint argumentati.*

Si qui verò interdum à proprietate corporis gloriosi argumentati sunt, hoc ipso nihil aliud demonstrare voluerunt, quàm modum præsentiae corporis Christi in cœna non esse physicum, localem aut circumscriptum. Et si enim proprietate substantiæ finiuntur, eo tamen modo non circumscribuntur, quo physica & naturalia corpora circumscribi solent.

In hanc sententiam non modo Lutherus, verùm etiam qui ipsum secuti sunt, sæpe corporum gloriosorum mentionem fecerunt: occasione accepta, & per aduersarios quasi in manus tradita, qui ita de ascensu Christi in cœlum, de ipso cœlo, & corporum gloriosorum physica locatione disputarunt, ac si nulla penitus ratio superesset, qua Christus etiam in cœlo iuxta conditionem corporis gloriosi manens, nihilominus in multis & pluribus locis per modum sessionis ad dexteram Dei adesse possit.

*Christi corpus quatenus gloriosum est, cœ-*

Quare nõ est, ut quisq; metuat, ne assertionem nostram de præsentia corporis & sanguinis Christi in cœna, Christi corpus, quatenus gloriosum est, è cœlo detrahamus.

hamus, aut pani includamus: quo nomine passim falso ab aduersarijs nostris traducimur. Etenim disertè & perspicuè docemus, ad præsentiam eius in cœna adstruendam, non opus esse corporali descensu, sicut ad manducationem eiusdem non opus est nobis ascensu in illum locum, quem ipsi corpori Christi in cœlo tribuunt: sed opus est Maiestate sessionis ad dextram Dei, opus est vnione cum Deo in vnâ personam, quæ nobis hanc præsentiam confirmant: quo præsentem etiam fruitur fides, quæ ipsum non quærit absentem, sed præsentem, imò præsentissimum, non physica, naturali aut carnali præsentia, sicut nec glorioso modo, qui gloriosis corporibus conuenit: sed eo modo, quo vnum cum Deo constituens, & ad dextram Dei in pari maiestate omnia præsens gubernat. Tali inquam opus est præsentia, quæ nõ est fidei de absente cogitatio aut ratiocinatio, sed qua ipse credenti tam præsens est, quam ipsa fides: modus non solum spiritualis, sed etiam spiritualissimus.

*Quid nobis Christum secundum humanitatem præsentem faciat.*

*Modus spiritualis, quo corpus Christi præsens est.*

Sicuti enim nihil spiritualius est dextra Dei, quæ est Deus ipse, ita etiam nihil spiritualius, neque modus spiritualior cogitari potest, quam is, qui est iuxta naturam & conditionem dexteræ Dei. Et quis nobis explicabit, quomodo Christus ratione humanitatis ad dextram Dei, supra omnes creaturas sedeat? Nam commentum illud de locali sessione in cœlo, quo Bullingerus & Beza sessionem Christi hominis ad dextram Dei definiunt & explicant, nõ existimo quemquam priorum probare, qui symbolum Apostolicum vera fide tenent: ad quod confirmandum neque scripturæ sacræ, neque suæ eruditæ & doctæ uultatis (quæ aliàs semper in ore habet) ullum testimo-



nūm producere possunt, quod intrepide affirmare audeo.

*Quomodo S. Patres dixerunt corpus Christi in celo esse.*

164.

*Zuingliani sessionem ad dexteram Dei nunquam demonstrabunt locum significare in celo.*

Loquuntur quidem S. Patres de corpore Christi in celo existente, & non in terra, sicut ipsa quoque scriptura. Id quod nos nūquam negauimus, si corpus Christi, hoc est, humanitatem eius pro ratione gloriae in se ipso & per se consideres, quod in seipso & sua natura fuit est & manebit semper finitum, sicut Brentius ipse fatetur, cuius verba in libello tuo recitas. Ideoque siue sit, siue non sit certus locus, pro eo ut disputant aduersarij, modum tribuimus corpori Christi proprietate substantiae finitum.

Sed quod vel S. scriptura vel sancti patres vnquam affirmauerint, dexteram Dei esse locum summum in celo, & sedere ad dexteram Dei, nihil aliud esse, quam in summo caeli loco physica locatione esse, aut maiestatem sessionis nihil aliud significare, quam summos illos, & ineffabiles caelos, in quos sit recepta caro Christi, hoc neque ex scriptura sacra, neque ex orthodoxorum patrum scriptis aduersarij nostri vnquam demonstrare potuerunt.

Nam cum illis non semel esset à Luthero pia & sanctae memoriae, sed aliquoties obiectum, quam anxie ea de re quaesierint, facile est cogitare. Ac si quid proferre potuissent, utique non tacuissent: cum viderent quam praesens & certa fuisset victoria.

*Bullingeri yana ratiocinatio, in tractatu verborum Domini. In Domo. R. fol. 18. b.*

Egregia verò ratio Bullingeri: Dexteram Dei, inquit, quatenus coniungitur cum celo, ac est sedes corporis Christi, etiam loci aeternae felicitatis nomen, & non tantum immensae diuinæ potentiae, denotatio est. Sed hoc Bullingeri commentum est, omni scripturarum expresso testimonio carens,

Nam

## LXXVII.

Nam hac ratione dextera Dei in terrenū quoq; locum transformari posset, ex isto Psalmistæ: *Dextera Psal. 119.* domini facit virtutem. Fecit autem virtutem hanc in terris, de qua hęc Psalmus potissimum loquitur: Num verò propterea dextera Dei statuetur certus locus auxiliij diuini in terris, quia cum rebus terrenis coniungitur? Vident, vt opinor, intelligentes, quam ege- num sit, & nullius planè momenti argumentum Bulingeri, cui eo in loco subiungit & annectit scripturæ testimonia, perinde ac si iam probatum ac concessum esset, quod ipse nunquam probabit.

Solent aliàs plausura testimoniorum ex scriptura & *Zuinglianorū* sanctis patribus corrogare & producere, de veritate *altum semper solum de Dextera Dei.* humanæ naturæ, de eius finitate, de eius circumscriptione, qua proprietate substantiæ finitur: quæ nemo vnquam ex nostris negauit, si de absoluto & per se considerato corpore intelligatur. De dextera Dei autem, & sessione Christi ad dexteram Dei secundum humanitatem (in cuius vera explicatione & intelligentia totius controuersiæ cardo consistit) quàm altum semper est silentium? quàm nulla vel scripturæ sacræ vel eruditæ vetustatis testimonia apparerent? quibus probent, dexteram Dei esse certum locum in coelis, in quò Christus sedeat, stet vel ambulet. Audacter & confidenter illa asseruntur, sed nullo testimonio confirmantur. Audio quod <sup>338.</sup> Beza scribat: Idcirco, inquit, huius sessionis Christi *Confessio Beza de sessione Christi ad Dexteram* sti ad dexteram Dei patris siue longè siue suprâ quas *ad Dexteram Dei.* uis etiam cœlestes creaturas, ex cellentissimam maiestatem, certum locū esse definimus, nempe cœlos illos *sums*



D summos, & nobis ineffabiles, in quos est recepta, &  
 „ quibus oportet illam capi, dum veniat iudicatum vis  
 „ uos & mortuos: Et iterū ex sententia Bullingeri: Sic  
 „ sedere Christi carnem ad dexteram Dei: id est, sit factā  
 „ gloriæ & maiestatis Dei sociam, vt simul certa & circū  
 „ cumscripta sit eius sedes, cœlorum videlicet, in quos  
 „ ascendit. Audio, inquam, quæ scribunt & affirmant:  
 sed quid probent nondum vidi, & quod nunquam  
 sint probaturi certissimus sum. Qua in parte etiam ad  
 omnium piarum Ecclesiarum iudicia prouoco. Sim  
 pliciter enim affirmo, sicut dextera Dei, neq; locus est,  
 neq; in loco, ita etiam sedere ad dexteram Dei non si  
 gnificare in aliquo, siue summo siue infimo loco esse,  
 sed vbiq; cum Deo pari potentia & maiestate regna  
 re. Et miror Bezam in hac parte à suo præceptore  
 Caluino dissentire: qui expressè testatur, Dextram  
 Dei non significare locum aliquem, sed potestatem,  
 quam pater Christo contulerit: vt eius nomine cœli  
 & terræ imperium administret. Et perperam (inquit)  
 faciunt, qui ex sessione ad dexteram Dei conātur pro  
 bare, Christum non nisi in cœlo esse, &c.

*Eph. 1.  
 Dextera Dei  
 neq; locus, neq;  
 in loco est.*

*Admonitio nes  
 cessaria.*

Ideoq; diligenter semel iterum atq; iterum moneo,  
 vt omnes Ecclesiarum ministri in hanc rationem sint  
 vnicè intenti, qua neq; errare ipsi, neq; alios in erro  
 rem inducere possunt. Est enim æterna & immota ver  
 ritas, aduersus quam portæ inferorum non poterunt  
 preualere, videlicet, sessione Christi ad dexteram Dei  
 tam non esse loco circumscriptam, quàm ipsam dex  
 teram Dei, quæ vbiq; præsens, potenter & præsentia  
 omnia gubernans. Ab hoc fundamento te non patia  
 ris, pie lector, dimoueri: & sic retinebis Christum to  
 tum

## LXXIX.

tum Deum & hominem, non modo in cœna, sed etiam in omnibus periculis præsentem. Cuius loco tibi *Christus Zambianorum.* dimidium, adeoque nullum obtrudunt: eiusque præsentia & gratia te spoliant, qui sessionem eius ad dexteram certo loco collocantes, hac summa maiestate eum, quod in ipsis est, exuunt, in qua vnica salutis nostræ ratio, adeoque omnis in rebus aduersis consolatio consistit. Siquidem ad Deum nobis non patet *Ioan. 4.* aditus sine throno gratiæ, qui est Christus, non dimidi- *Heb. 4.* dius, sed totus: qui nostros gemitus & preces non *Rom. 8.* modo vt Deus, sed etiam vt homo verè intelligit & audit, & pro nobis apud Patrem perpetuò intercedit.

Hinc fit, vt ignorantia huius maiestatis non modo *Beza omnes* Christum, sed etiam omnes sanctos ad dexteram Dei *sanctos ad dex-* collocet Beza, quod non minus quam illa ipsa sessio- *teram Dei col-* rum ad dexteram Dei circumscriptio omni scripturæ *locat.* testimonio caret. Sed audiamus verba Bezae. *Sedere ad* Neque enim hoc dictum (inquit) Sedere ad dexteram, *dexteram* vnquam diximus accipi pro omnia implere: sed pro *Dei quid* participem fieri gloriæ & maiestatis Dei, seruata ta- *Bezae sig-* men naturæ humanæ proprietate: ita videlicet, vt ea *nificet.* dem Dei dextera, ipsius quidem Dei respectu, cuius *“* dextera dicitur, nihil circumscriptum declaret, quum *“* Deus sit planè simplicissimus, & omnia sic contineat, *“* vt à nemine contineatur: eorum autem respectu, qui *“* ad hanc ipsius dexteram sedere dicantur, vt puto car- *“* nis Christi in primis, deinde beatorum corporum, *“* postquam glorificata fuerint, certam, & glorificatis *“* corporibus convenientem sedem circumscriptam des- *“* claret.

En christiane Lector, quid Beza ex sessione ad  
L dext



dexteram Dei faciat, in qua ex ipsius sententia non modo Christus, verum etiam beati omnes post resurrectionem collocabuntur. Sed ut tamen aliquid discriminis inter Christum & beatos homines faciat, paulo post addit: Itaque sic cum illo esse, & sedere dicimur, ut tamen caput inenarrabiliter emineat.

*Eph. 2.*

*Ioan. 17.*

Sed, quaeso, quo scripturae testimonio hunc insignem errorem suis persuadere nititur? Duobus: vno ex epistola ad Ephesios cap. 2. descripto, ubi scriptum legitur: quod Deus nos simul cum eo sedere fecerit inter caelestes. Altero vero ex Ioanne, ubi Christus orat: Velim pater, ut ubi ego fuero, illi sint mecum. Audio quidem nos sessuros cum Christo in caelestibus: sed non video Apostolum addere, ad dexteram Dei, in caelestibus inquit Apostolus: sed non ad dexteram Dei. Audio, quod simus futuri cum Christo, sed nihil audio, quod simus collocandi ad dexteram Dei. Quid est obsecro sacram scripturam pervertere, si hoc non est? Etenim nihil in scriptura certius est, quam solum Christum in sua propria, propria inquam humanitate, non nostra, collocatum esse ad dexteram Dei. Haec maiestas solius est Christi, nullius neque Angeli neque hominis alterius: solius, inquam, Christi, in propria humanitate assumpta, nulli creaturae secundum magis aut minus communicabilis, qua Christus non comparate sed toto genere ab omnibus sanctis differt. Hinc Christus contra Phariseos, ut doceret, quam nihil hic iuris haberet David secundum carnem ad suam solius maiestatem asserendam: Cur ergo David in spiritu vocat Christum dominum, dicens: Dixit Dominus domino meo, sede a dextris meis?

*Solus Christus  
ad dexteram  
Dei collocatus  
est.*

*Matth. 22.*

*Psal. 110.*

*Supra.*

## LXXXI.

Supra aliquoties, & ferè per vniuersum libellum odiose semper inculcauit ex sententia nostra: Christum ratione diuinitatis ab omnibus sanctis differre, tantum secundum magis & minus: quod tamen minime probauit. Nunc verò considera, Christiane lector, quid ipse affirmet de sessione Christi ad dexteram Dei: videlicet, hac maiestate Christum eminentiorem esse omnibus sanctis: in eadem tamen sede omnes nos quoque collocandos. Quod quid aliud est, quam dicere: omnes sanctos suo modo fore Christum, sicut ipse supra dixerat: Patrem aliquo modo fore Deum, si plenitudinis omnis diuinitatis communicatione vniuerso personalis in Christo describatur.

*Sessione ad dexteram Dei, Christus (ex sententia Beatorum) à sanctis secundum magis & minus differt.*

Sed quid opus est proluxa huius erroris refutatione: Sicut enim scriptura de solo Christo testatur, quod sit Deus, ita etiam de solo Christo testatur, quod sedeat ad dexteram Dei. Nulli sanctorum angelorum aut beatorum hominum hic honos cum Christo secundum magis aut minus communicabilis est: nec creatura arctius potest cum Deo vniri, quam si ad dexteram Dei collocetur: neque sublimius collocari, quam si cum Deo vniatur, ut cum Deo vna persona fiat. Et hæc quoque ad omnium piorum iudicia pro uoco.

Et hæc quidem hætenus de ascensu Christi in cælum vero & hystorico: non allegorico aut simulo, quo Christus corpus suum gloriosum à terra eleuatum in cælum collocauit, cuiuscunque sit conditionis. Qua ratione veritatem corporis Christi retinemus: simul etiam de eiusdem colloca-tione ad dexteram Dei, qua præter illam gloriã suã humanitatis,



tanta maiestas exprimitur, vt cum Deo omnia in cœlo & in terra præfens gubernet. Quæ omnia ex indubitatis scripturæ testimonijs, iam aliquoties ita confirmata sunt, vt omnibus pijs & veritatem amantibus, abundè satisfactum esse confidamus. Vbi etiam demonstrauius luce meridiana clarius, quòd Zuingliani, dum Christum hac maiestate spoliant, (qua diuinitatis plenitudo sese in illum effudit, & hoc ipso ad dexteram patris collocauit, vt rebus omnibus præfens sit, easq; cum λόγῳ administret) Christum à dextera Dei auellunt, pro qua illi sedem corporalem in cœlo substituant, in qua vel stet, vel sedeat, vel ambulet: quod nos manifestè & apertè dicimus, nihil aliud esse, quàm Christum Iesum negare esse Christum: idq; nos ad oculum demonstrasse speramus.

*Zuingliani  
Christum à dex-  
tera Dei auel-  
lunt.*

*De cœlo quid sit,* De cœlo ipso, quid sit, superuacaneū arbitror disputare, & curiose definire: quoniam magis quid non sit dicere possumus, quàm quid sit. Et ab ista curiosa inquisitione ipsa scriptura nos reuocat, quæ testatur Deum parasse credentibus & diligentibus eum, quæ oculus non vidit, auris non audiuit, & in cor hominis non ascenderunt. Christus inquit: Cœlum & terra transibunt. Petrus scribit, in aduentu diei Dei fore, vt cœli incensi soluantur, & elementa æstuantia liquefiant. Cœlum nouum & terram nouam iuxta promissum illius nos expectare, in quibus iustitia inhabitet. Hæc qualia sint, & quid sint, definire, iudico plus habere curiositatis quàm pietatis. Ad sobrietatem ergo sapiamus: & satis sit nobis scire, quòd post

*Corinth. 2.  
2. Petri 3.*

## L XXXIII.

post hanc vitam parata sit nobis infinita & æterna beatitudo in Deo & cum Deo, qui secundum Apostoli dictum erit omnia in omnibus. Quapropter ubicunq; <sup>1. Cor. 15.</sup> fuerimus, beatitudo nostra & felicitas erit ipse Deus, *Beatitas nostra æterna.* omnia, inquam, in omnibus, tanta videlicet, quantam humana cogitatio comprehendere non potest: ubi nõ erit indigentia illa, qua extra nos aliquid queramus, ad beatitudinem illam in nobis perficiendam: sed semper omni tempore eodem modo beati erimus, perfecte, sine vlllo augmento aut decremento, erit enim stabilis & firma beatitudo nostra in Deo ipso.

Ideoq; satis mirari nequeo eorum pueriles cogitationes, qui nullam aliam rationem beatitudinis somnariæ possunt, quam quæ huius mundi delicijs respondeat, qua de loco in locum ambulantes, oculis nostris nescio quam oblectationem capimus. Solemus quidẽ hoc modo cum pueris balbutire, sicut ipsa scriptura quoq; sese ad captum nostrum demittit. Sed cum eadẽ scriptura quoq; dicat, nos nihil simile vidisse, nihil simile audiuisse, nihil simile cogitasse, cur non imperamus phantasmatis nostris: cur non tacemus: cum scriptura hoc silentium nobis imponat, & omnes istas cogitationes adimat? Quanto satius erat in eam curam incumbere, vt sancta conuersatione cœlestem vitam exprimamus, & ad illam beatitudinem aspiremus, quam vt de eius conditione curiose & maxima cum offensione simplicium disputantes, nos ingressu eius excludamus?

Idem planè de inferno quoq; sentio, quem à cœlo, *De inferno. Esa. 65.* maximo hiatu interueniente scriptura sacra diffitum docet: Vermis illorum non morietur, & ignis illorum



non extinguetur: Exteriores erunt tenebræ, stridor dentium, & ciulatus. Hæc qualia sint futura, quis nobis explicabit? Horribilem & inexplicabilem iram Dei, ac supplicium peccati, his rebus denunciatur, quod declinare & fugere satius est, quàm quid sit, nulla necessitate, sed mera, eaq; vana curiositate, indagare.

*Certus inferni locus non potest definiri.*

Sic etiam certum locum illis definire in centro terræ, aut aliquo alio infimæ huius structuræ loco, quibus scripturæ testimonijs quis poterit? Si cælum novum & terram novam prioribus transeuntibus creabit Dominus, quis eius situm nobis demonstrabit? Num etiam infernus in medio terræ paratus permanebit? an ipse quoque destruetur, vt novus extruatur, qui in æternum durare queat?

*De Genesi ad litteram lib. 8. cap. 5.*

*D. Lutherus inuitus de quibusdam mysterijs disputavit.*

Hæc omnia ego & ociosa, & curiosa existimo: de quibus omnibus tacere præstat, quàm disputare, & disserere, sicut D. Augustinus pie monet: maxime vero ad imperitum vulgus, cuius animus ad Epicureismum & Atheismum propendet, ad quem confirmandum facile eiusmodi disputationes arripit. Ideoque in hac ipsa disputatione D. Lutherus aliquoties præfatur, se inuitum de his scribere: & de offendiculo rationem Deo reddituros aduersarios, qui hanc necessitatem sibi imposuerunt, quæ nobis quoque incumbit.

Cum enim huiusmodi puerilia phantasmata pro principijs collocentur, quorum præsidio veram intelligentiam articulorum fidei nostræ euertere conati sunt aduersarij, ipsa necessitas nos vrget, vt tam stultis

stultis humanæ rationis cogitationibus occurramus.

Scribit Beza semel atq; iterum: Filium Dei ex cœlo locali, quod sedem Dei statuit, missum esse in has terras, & in eisdem cœlos esse resumptum.

*Impia Beza sententia de incarnatione filij Dei.*

“ 299.

“ 312.

*Filius Dei non ex Cœlo locali missus.*

257.

*Beza non credit Deum esse in quibusuis.*

“ 2

“

Quis autem hanc carnalem cogitationem, non dico de cœlo, sed de ipso Deo, non damnaret? Si filius Dei ex hoc cœlo est emissus, antea ergo præsens in terris non fuit? nec Pater quoq;? Quod si prius adfuit, è cœlo locali mitti potuit? Aut igitur quomodo è cœlo illo locali mitti potuit? Aut igitur aliud significatur missione filij è cœlo in terram, quam ex loco in locū missio: aut Deus terra exclusus instar hominis in regia cœlesti fingitur esse, in terris virtute præsens, quæ tamen non sit ipse Deus. Id quod alio in loco haud obscure innuit: Obsecro verò, inquit, cur potius cuiusuis hominis, quàm cuiusuis rei conditionem dicis hoc modo fore mysterium ineffabile? & unde didicisti Deum esse in quibusuis? Scio quid sis dicturus de Dei natura, quæ sit ubiq; & omnia replet, quis enim hæc ignorat? sed Deum esse in Diabolo, Deum esse in impijs, nusquam lego.

Quid putas, lector Christiane, in recessu huius spiritus latitare? Fatetur quidem Beza Dei naturam omnia implere, sed interim se non legere affirmat, quòd Deus sit in impijs. Quid ergo Apostolus in Actis? Non longè abest ab vno quoque nostram: Per ipsum enim vivimus, & mouemur, & sumus, Sic cut & quidam vestrarum poetarum dixerunt. Loquitur autem Apostolus non solum de pijs, verum etiam de impijs, adeoq; vniuerso humano genere: & dictum, quod citat Apostolus, impij & idolatriæ fuit, quo hanc Dei in omnibus præsentiam confirmat Paulus.

*Act. 17.*



## LXXXVI.

Paulus. Quid ergo David in Psalmo: Quò ibo à spiritu tuo, & quò à facie tua fugiam: Si ascēdero in cœlū, ibi es: & si stratum fecero in inferno, ecce tu ades. Si assumam alas auroræ, & habitem in nouissimo maris, etiam illuc manus tua me deducet. Psalm 139. Si autem in impijs non est Deus, erit igitur locus vbi Deus non sit: siquidem impij locum occupant: si verò locus non est, vbi non sit Deus, in impijs quoq; vt sit Deus necesse est, vtcunq; Beza absurdum videtur.

Hæc causa fuit quòd hætenus de cœlo & inferno disputatum est: quæ etsi vocabulis sursum & deorsum aliquoties exprimantur, nihil tamen horum significare, quod ratio humana fingit (quod tamen confidenter affirmant aduersarij) spero eos, qui sano sunt iudicio, intelligere. Quærit alibi Beza ex Brentio: Quis, inquit, tibi significauit, quæ sit tunc facies rerum futura? 286. Idem ego multò magis nunc lubens ex Beza quærem. Brentius enim, quæ sit ratio et conditio corporum in altero seculo, se plane ignorare dicit, quia nihil horū viderit, nihil audiuerit, nihil cogitare possit: ideoq; hoc solum impugnat, non fore talem, qualem vos pro ratione huius seculi fingitis: & magis, quid non sit, quàm quid sit docet.

*Beatitudo æterna quid?*

Et ex scriptura nihil certius est, quàm beatitudinem esse perfectionem illam summam, qua homo anima & corpore per Deum ita perficitur, vt extra se, quod ad beatitudinem æternam attinet, nihil sit quesiturus, quocunq; tandem siue loci siue alio nomine, illorum 1. Cor. 15. æterna habitatio appelletur: nisi fortè D. Paulum negare uelimus, qui hac ratione vitā cœlestem definiuit, videlicet, quòd Deus sit omnia in omnibus futurus. Quod

## LXXXVII.

Quod cum verissimum sit, et hac ratione sufficienter definita sit cœlestis et æterna beatitudo, quid opus est de ijs disputare, quæ perfectè definire non possumus?

Ita etiam ex sententia & verbis D. Augustini rectè differit D. Brentius: Diabolo suum infernum secum circumferre, quod Beza eludere non poterit responsione sua, qua affirmat, figuratum esse sermonem, perinde ac si quis dicat, furem suum patibulum circumferre. Etenim longè diversissima ratio est inferni, quem circumfert Sathan, & patibuli, quod extra furem est. Sicut enim vita æterna est in homine, ita & mors siue ignis æternus, est etiam aliquid intra diabolo & homines, quo pariter anima & corpore affliguntur, vt maximè in tenebrosum locum conijciantur. Et sicut maius gaudium esse nequit, quam si Deus in homine omnes suos thesauros aperiat: Ita ignis horribilior cogitari non potest, quam si Deus, quanta sit ira sua, contra peccatū in homine revelet, quocumq; loco homo contineatur. Hæ sunt densissimæ & extremæ tenebræ, videlicet, luce diuina in æternū, cum perpetuo & ineffabili sensu iræ diuinæ spoliari.

Hæc qui docet, non cœlum terræ miscet, nec terminos transfert, aut limites transponit, quos Deus inter cœlum & infernum semel posuit, qui non mutabitur, si maximè totius cœli & terræ machina dissoluatur.

Sed amissa hac tractatione, quæ, vt diximus, ad institutum nihil facit, quæ hæctenus de maiestate hominis Christi ad dexteram Dei collocati dicta sunt, ad cœnam Domini breuiter accommodemus, cuius causa potissimum in disputationem venerunt.

M

Hoc



## LXXXVIII.

*Accommoda-  
tio disputatio-  
nis de maiesta-  
te ad materi-  
am de cœna  
Domini.*

*Per vnionem  
personalem di-  
uinitas omnia  
communicauit  
humanitati as-  
sumptæ.*

Hoc enim præcipuè demonstrandum erat (postq̃ de sententia verborum Christi in cœna dubitari cœp- tum est:) An corpus & sanguis Christi vlla ratione in pluribus, in pluribus inquam locis adesse possint, in quibus cœna Domini celebratur. Et quod non solum fieri possit, sed vnione personali humanitatis cum di- uinitate in Christo posita, & sessione eius secundum humanitatem ad dexteram Dei credita, fieri necesse sit, perspicuè ostendimus.

Neq̃ enim vnio personalis, eiusmodi est vnio dua- rum naturarum, quæ naturæ humanæ, aut nihil prore- sus præter nomen & appellationem, sicut ἀλλοιῶς si- fingunt, aut quædam tantum communicet, sed talis est vnio, qua sicut diuinitas sese totam cum humani- tate, in vnâ personam vnit, ita etiam omnē maiesta- tem suam in eam effundit, ex qua humanitas acquirit, quod per se non habebat, & inter alia etiam maiesta- tem hanc, qua cum Verbo Christus etiam secundum humanitatem ubiq̃ locorum Ecclesiæ suæ adsit, & in cœna suo corpore, & sanguine, tanquam cœlesti cibo & potu, eam reficiat, atq̃ impios iudicet. Et sit qui- dem hoc diuinæ naturæ virtute, & omnipotentia, sed non secundum hanc solam diuinam naturam præsens est, verum etiam sua humanitate, quam in hanc maie- statem extulit, Vt cum verbo præsens personaliter, omnia etiam gubernet Christus, secundum humani- tatem inquam, quod mysterium absconditum est, & rationi humanæ incomprehensibile.

410.

Quæ cum ita se habeant, videamus nunc, quam ra- tionem concordia nobis proponat Beza, qui tamen fatetur, stante hoc dissidio, de duabus Christi natu- ris,

## LXXXIX.

ris, stare ( quæ tam diuersa sentiunt Ecclesiæ , ) simul non possint.

Quid amplius in cœna potest poni, inquit, quam nos quoq; ponamus? Aiunt non tantum symbolum, sed etiam rem ipsam, id est, corpus illud ipsum, quod traditum est pro nobis, & sanguinem Domini, pro nobis effusum, nobis verè communicari, assentimur. Quid enim esset alioqui cœna Domini nisi ludicrum spectaculum; &c. Vtinã verò in hac simplicitate per mansum esset, quam tua hic verba pollicentur: sed non ignoras Beza, quam acriter Zuinglius contenderit, panem & vinum tantum, in cœna, quæ corporis & sanguinis Christi absentis sint signa nobis communicari. Id quoniam nimis durum videtur, & verbis Christi repugnare, idem alijs tamen verbis assertores dogmatis Zuinglij nostro tempore dicunt, qua ratione imperitis imponitur. Vtuncq; enim nobiscum loquantur, diuersa tamen sentiunt, sicut ex disputatione de duabus naturis in Christo constat.

Sed videamus verba Bezæ. Ergo inquit, nec de symbolis, nec de re ipsa controuertitur (vtinam sanè, sed de qua re quæso, certamen est?) Tantum hoc interest, ait, quòd nonnulli volunt, carnem & sanguinem Christi realiter quidem, sed illocaliter & inuisibiliter, ibi esse, vbi symbola sunt, vt manibus etiam & ore præsentia sumantur. Nos autè illa, quod ad sensus externos attinet, sacramentaliter duntaxat adesse dicimus, id est, eo significationis genere, quod sit minime vanum, sed quo res ipsa, quæ significantur, verè & efficaciter ex Dei instituto nobis promittitur, sicut symbola externis sensibus annunciant: animi autem



.. respectu illa dicimus esse spiritualiter fidei nostræ  
 .. præsentissima, adeo quidem, vt nulla locorum distan-  
 tia impediatur, quo minus re ipsa spiritualiter vnum  
 cū Christo siamus, vt ab eo in nos vita illa spiritualis  
 & æterna, quam verissimè & efficacissimè promanet.

His verbis Beza & suam, et nostrarum ecclesiarum  
 doctrinā. et fidem de cœna Domini per collationem  
 recitare voluit. Nos vtrancq; breuiter examinabimus.

Nos veram præsentia corporis & sanguinis Chris-  
 sti in Eucharistia credimus & asserimus. Eius præsen-  
 tiæ modum ex sententia nostra explicat Beza per  
 verba: realiter quidem, sed illocaliter & inuisibiliter.

*Explicatio æ-  
 quiuocationis  
 vocabuli, rea-  
 liter.*

Etsi verò vocabulum (realiter) latissimè patet, ta-  
 men in qua significatione id pleruncq; accipiant, Sco-  
 lastici et eruditi omnes non ignotū est. Realiter enim  
 illis est, quod naturaliter, eo scilicet modo, quo res se-  
 ipsi sunt, & per se existunt. Pertinet ergo hoc voca-  
 bulum proprie ad duas illas rationes priores, quibus  
 corpus Christi per se considerat, quatenus aut physicū  
 fuit, aut nunc est gloriosum: quorū modorum neutro  
 corpus Christi in pluribus locis esse iam sepe diximus.  
 Eiusmodi enim reali diffusionem veritas corporis Chris-  
 sti aboleretur, quæ diffusio realis, vt maximè locū ha-  
 beret, nusq; tamen corpus Christi totum esse posset.

Quare si per vocabulum (realiter) Beza intelligat  
 aut physicum aut gloriosum modum, quo adsit corpus  
 Christi, ita tamen, vt neq; videatur neq; etiam loco  
 circumscribatur, manibus tamen palpetur, et ore tan-  
 gatur, sicut Christi corpus discipuli post resurrectio-  
 nem manibus suis contrectarunt, hanc Doctoris Lus-  
 theri, & nostrarum Ecclesiarum doctrinam non esse,  
 nunc aliquoties diximus. .

*Quam*

Quamuis .n. Lutherus in explicatione triplicis cōsiderationis corporis Christi, eum modum præsentiaē corpori Christi in cœna tribuat, qui corporibus gloriosis adscribitur, id tamen nō facit simpliciter, sed vt contra aduersarium demonstrat, plures esse modos præsentiaē alicubi esse, quàm physicum illum & carnalem, de quo vno semper loquitur aduersarius. Et paulò post manifestè affirmat, hunc secundum modum gloriosi corporis, quo nullo circumscribitur loco, Christum nobiscum habere cōmunem, ex cuius solidius virtutē, si præsentia corporis Christi penderet, in prima cœna discipulis non potuisset distribui, cum nondum gloriosum sed adhuc physicum esset, quod oculis suis aspiciebant.

Restat tertius modus, quem maiestatis scriptura appellat, quo sublimior, & præsentior nullus potest *Christus tertio* dici, iuxta quem humanitas Christi cum filio Dei vna modo *videlicet* persona effecta est. Ad hunc modum si vocabulum *maiestatis, realiter* (realiter) referas, & per eum præsentia Christi secū *liter adest.* dum humanitatem explices, fatemur hanc sententiam esse nostrarum Ecclesiarum, videlicet, in cœna Domini, Christū non modò secundum diuinitatem, verum etiam secundum humanitatem realiter adesse: sed loco vocabuli (realiter) plerunq; aduerbijs substantialiter, siue subsistentialiter vtimur, ad exprimendū nō tam veritatem corporis Christi, quàm etiam modum eius præsentiaē. Nam his vocabulis substantialiter & sub *Christus in Eu-* sistentialiter, promiscuè vsi sunt authores, quod idem *charistia, quo-* est, ac si dicamus personaliter: Dux enim naturæ in *modo substan-* Christo, nō constituūt vnā substantiam, sed ex duab; *tialiter adsit.* bus substantijs, vnā subsistentiam, hoc est, personam.



Nota

„ Et quidquid humanæ naturæ supra consuetum ordi-  
 „ nem naturæ tribuitur, id omne fit propter vnionem  
 „ illâ substantialē & personalem. Ideoq; etiã vocabu-  
 „ lum substantialiter, aliter non intelligitur neq; ex-  
 „ plicatur, quam per vocabula illa substantialiter &  
 „ personaliter.

*Modus subsistē-  
 tialis nō est ver-  
 balis sed realis.*

Hic autem modus substantialis, siue subsistentialis non est *α'νο'ωσις*, intra verba tantum consistens, verbalis scilicet, sed est etiam verè realis, quia res longè maxima est, & qua post diuinitatem maior non potest dici, quòd creatora cum creatore vnã personam constituat: Res inquam est, & non verbalis tantum prædicatio illa, qua humana natura cum Deo vnita est in vnã personam, propter quam vnionem Christus secundum humanitatem quoque rebus omnibus præsentissimus est, quo in rebus creatis præsentior modus dici non potest.

*Summus præ-  
 sentia modus in  
 rebus creatis  
 est personalis.*

Nota.

Nos pro tarditate humani ingenij physicum illum, crassum & corporalem modum, reliquis omnibus præferimus, cum tamen sit infimus, & nulla ratione diuini comparandus, maxime vero huic, quo Deus & homo in Christo vnã personam constituunt: hic modus personalis, vt est summus, ita corpus corpori naturaliter, non tam propè iungi potest, Christus secundum humanitatem suam nobis longè propior est.

*Crassa carnalis  
 & naturalis  
 presentia cor-  
 poris Christi in  
 cœna à nobis  
 improbat.*

Habet ergo Beza confessionem nostram ingenuam, perspicuam & planam de vera & substãtiali præsentia corporis & sanguinis Christi in cœna, contra figmentum crassæ illius & carnalis præsentie inuisibilis tamen & illocalis, quam nobis passim in suis scriptis imputant, quæ tam firma est, vt vlla ratione labefactari

XCIIL.

ctari possit, nisi ipsos fidei nostræ articulos conuelleret  
re velit Beza.

Quādo autē manib<sup>9</sup> tractari et ore percipi dicimus, *Quomodo cor-*  
hæc omnia sacramentaliter intelligimus, propter panem *pus Christi ma-*  
nem & vinum, quæ palpantur & sentiuntur manibus *nibus tractari*  
& ore. Cæterum corpus Christi nec manu nec ore *et ore percipi*  
sentitur, & tamen sacramentaliter propter unionem *dicatur.*  
illam sacramentalem & manu dispensari & ore perci-  
pi dicitur, quoniam res Sacramenti cum pane & vino  
verè dispensatur, nulla locali inclusione interuenien-  
te.

Res ergò illa sacramenti non modò significatur, sed *Duplex effica-*  
etiam verè ac realiter adest, & suæ gratiæ efficaciam *tia substantia-*  
in credentibus exercet, sicut in improbis iudicium. *liter præsentis*

Dicimus autem & nos quoque, hæc ipsa spirituali *corporis Christi.*  
ter adesse, sed longè diuersissima sententiā, quam à vo- *Quomodo cor-*  
bis explicatur. Cum enim modus non sit naturalis, *pus Christi de-*  
physicus, aut carnalis, quem vos corporalē dicitis, sed *catur spiritua-*  
fiat secundum naturam & rationem Dexteræ Dei, quæ *liter adesse.*  
spiritualissima est, cur non merito & nos diceremus,  
hanc præsentiam spiritualem esse: modò sit ipsius cor-  
poris & sanguinis Christi vera ac substantialis, hoc est,  
personalis præsentia, quæ propter symbola & pro-  
pter nos, dicitur sacramentalis, quia ita cum his sym-  
bolis adest, vt verè nos pascat & reficiat tanquam ci-  
bus & potus.

Vos autem cum affirmatis, rem sacramenti, hoc est, *Quomodo*  
corpus & sanguinem Christi spiritualiter adesse, sic *Zuingliani cor-*  
intelligitis: corpus & sanguinem Christi in cælo ita *pus Christi spi-*  
contineri, vt nulla ratione quoque in sacramento ad *ritualiter ades-*  
sint, sed tantum spiritus Christi præsentiam as- *secrèdant et*  
seritis doceant,



seritis. Nobis autem per fidem ascendendum in eum locum docetis, in quo Christi corpus continetur, & hac ratione nos eius participes fieri. Ideoq; his, qui vera fide carent, nullam statuitis praesentiam corporis Christi, quia non possunt ascendere in illum locum, in quo est corpus Christi, id est, de absente non possunt spiritualiter & ex fide cogitare. Quod, quaeso mihi Beza, quid aliud est dicere, quam in coena adesse tantum panem & vinum, quae symbola absens corpus & sanguinem Christi significant, quod Zuinglius aperte dixit: vos autem etsi affirmare non vereamini. Christi corpus tantum distare a pane coenae, quantum summum coelum ab infima terra, tamen verbis ita inuoluitis, ut aliud dicere, & nobiscum veram praesentiam corporis Christi asserere videamini.

*Fides res absentes non facit praesentes, sed rebus fruatur.*

Rom. 3.

Falsum enim est hoc axioma, quod pro confesso sumit Beza, fidem res absentes praesentes facere. Verbum enim Dei facit res praesentes, et pro conditione Verbi, diuersa statuitur rerum promissarum praesenti, ita ut vnaquaeque res adsit eo modo praesentiae, quo Verbum offert. Inde adeo fit, ut ea saepe adsint, quae ab impijs nec adesse creduntur, nec cum gratitudine aliqua recipiuntur. Incredulitas enim nostra, fidem Dei non facit irritam, Rom. 3. Sic incredulis Iudaeis non solum Messias promissus, sed etiam exhibitus est: miracula edita, Euangelium praedicatum, quibus tamen fidem non habuerunt. Fides autem efficit, ut nobis ita sint praesentes, quo possimus illis ad salutem nostram frui. Christus vero secundum humanitatem suam ubique praesens est, non quia credunt homines eum esse praesentem, sed quia ad dexteram Dei collocatus est. In Coena

## XCV.

cœna verò non modò adest, sed etiam cibus & potus est, quem ipse Christus cum signis sacramentalibus manducare & bibere iubet. Hanc sacramentalẽ præsentiam verbum efficit instituentis, nõ fides sumens. Plurimũ autem facit fides, vt res præsens tibi salutaris sit: efficit enim non vt adsit sed vt prosit, quasi careas, in iudicium conuertitur res exhibita, quod Christus præsens, tam exercet in impijs hypocritis, quam in pijs vitam & consolationem.

Vides igitur Beza, inter nos neq; de præsentia Christi in cœna, neq; de piorum aut impiorum manducatione conuenire: & hoc vnum abs te rectè constitui, stante hoc dissidio de duabus naturis in Christo, quæ tam diuersa sentiant Ecclesiæ de præsentia Christi in cœna, simul stare non posse.

Quare si tibi et tuis cordi est vera ac pia, minimeq; *Veram concordiam in certis* fucata cõcordia, quæ de duabus naturis in Christo *eadem in certis* ac Deũ inuoces, vt remota & abiecta impia *& Moiaõõõ, tario non nisi* quantum mysterium sit, fide percipiamus, in qua præ *ex vera intelli-* gentia vnionis *personalis spe-* dicationes proprietatum alterius naturæ in persona *randum.* factæ, non intra verba consistunt, nec sunt verbales *sed reales,* hoc est, personales, qua reuera in persona *alteri nature* aliquid communicatur, quod, quia *verum est,* & quiddam reale, summa videlicet maiestas, quæ creaturæ contingere potest, per *om̃ia õõõ* explicari nequit, quæ humanitati Christi, nuda appellatio *ius summe maiestatis tantum tribuitur.* Hoc modo pia sancta, & Deo grata, minimeq; fucata, sed constans, & firma concordia sanciri possit. Quod faxit Deus pater Domini nostri Iesu Christi, per Spiritum S. Amen.

N

Existimo



XCVI.

Existimo, qua fieri potuit breuitate & perspicuitate ad ea omnia responsum esse, quæ in tuo libro contra Brentium, et meæ disputationis theses, de maiestate hominis Christi, per vnionem personalem & sessionem ad dexteram Dei acquisitam, prolixè disputasti, & vt ipse fateris, eadem centies ferè & millies repetijsti. Etsi enim controuersia creuit, in paucissima tamen capita reduci potest. Spero autem nunc pium & Christianū lectorem intelligere controuersia totius decisionem & dijudicationem, sicut tu initio præfatus es, & ego in assertionem meam demonstraui, in solius vnionis personalis vera definitione, & eius perspicua explicatione consistere, quam nos non modo breuem tradere, sed etiam ita explicare conati sumus, vt arbitrer, omnibus pijs & veritatis studiosis satis factum esse. Quod vt ceu in tabula conspici possit, & omnes intelligant, nos candidè & apertè sententiam nostram velle proponere, totius negotij capita & fundamenta subiiciemus. Docemus enim in Christo vnionem duarum naturarum, in qua filius Dei, naturam humanam assumptam sibi propriam fecerit, vt cum ea vnā personam constituat.

*Confessio nostra  
plana & perspicua,  
de vnione personali.*

Hanc definitionem seu descriptionem ita explicamus: Naturam humanam in Christo sic factam personaliter diuinitatis propriam, quemadmodum corpus naturaliter suæ animæ in quolibet homine proprium efficitur.

*Quomodo humanitas in Christo facta sit diuinitatis propria.*

Sicut autem corpus non ideo animæ suæ proprium dicitur, quia animæ præsens est, sed hanc maximè ob causam, quod anima omnes suas potentias in corpus proprium effundat, & corpori communicet, quod antea

XCVII.

antea non habebat, videlicet omnes suas vires, quas anima non sine corpore, quam diu est in corpore, sed omnes per corpus & cum corpore exercet: Sic quoque ratio illa, qua humanitas in Christo dicitur facta esse diuinitatis propria, non consistit in nuda presentia, diuinitatis cum humanitate, aut humanitatis cum diuinitate, qua sese mutuo attingant, aut altera ab altera contineatur, sicut corpus planetæ in suo orbe, & quælibet seorsim, neutra cum altera aut per alteram, sed singulæ pro se agant: Verum tali presentia, qua diuinitas sese omni sua maiestate in assumptum hominem effundat, vt nihil sine ipso diuinitas seorsim faciat, sed per ipsum et cum ipso omnia. Qua ratione summa maiestas humanitati Christi accessit, propter quam nulla est inter sanctos & Christum proportio, à quibus gradibus & numero ratione gloriæ differt, quæ per se corpori Christi glorioso inest: illa autem ab omni alia coniunctione deitatis cum creaturis toto genere differt.

Atque hoc modo manent in Christo non modo natura diuina & humana, verum etiam earum proprietates inconfusæ. Diuinitas enim non ita sese in humanitatem effundit, vt eam seorsim vel omnipotentem vel omniscientem faciat, qua ratione Christus diuinus tantum homo, non Deus verus constitueretur: sicut nec anima in corpore seorsim nouam animam creat ipsum corpus viuificando, quoniam ipsa anima est vita corporis; sed ita sese effundit diuinitas in humanitatem, vt per eam omnia suæ omnipotentia opera exercent, sicut anima per corpus, hoc saltem



## XCVIII.

discrimine posito, quod anima aliter non possit, quam diu est in corpore, Diuinitas autem, si vellet, posset aliter agere, suamque voluntate, nulla autem necessitate se cum ista humanitate personaliter vniuit.

Hac vera & perspicua explicatione, asseritur vera Christi secundum humanitatem presentia, de qua nemo prius dubitabit, si modo fideliter articulos fidei de Christo retineat. Qua etiam confirmatur vera presentia corporis & sanguinis eius in sacramento Eucharistiae, in quo non tam adesse, quam etiam cibis & potus esse vult, qui in sacramento coenae nobis quoque verè exhibetur & distribuitur: alijs ad salutem, alijs ad iudicium, vt Apostolus docet.

1. Corin. 11.

Sed cum Beza totam hanc disputationem suarumque Ecclesiarum ( vt ipse iactat ) doctrinam paucis thesibus comprehenderit, visum quoque est, in fine huius scripti eandem repetere, & singulis nostram sententiam subiungere, vt pius lector intelligere & manifestè deprehendere possit, qua in parte consensus sit vel dissensio.

## Conclusiones Bezæ.

1.

**N**isi Christus esset verè & essentialiter vnigenitus ille Dei Patris filius, quatenus Deus esset, nec esset seruator, nec nobis adorandus.

2.

Nisi Christus esset verè & essentialiter homo ex Davidis semine, spiritus sancti virtute factus, imaginaria sunt, quaecumque

XCIX.

que nostri causa passus est: ac proinde sumus adhuc in morte.

3.

Nisi ille qui Deus est sit homo, & qui homo est sit unigenitus Deus, id est, si totidem sint persona, quot sunt natura, neq; in Deo illo, neq; in illa carne seruati sumus.

In his tribus thesibus, nisi fortè sub ipsis aliquid monstri alat Beza, nihil desideramus, quibus de veritate naturarum & vnitate personæ in Christo differitur.

4.

Nisi Verbum siue unigenitus ille filius Dei secundum *ἁποστόλων* sit in vna illa carne, vt de solo Christo dicatur: Verbum caro factum est: vel non est Christus essentialiter Deus, vel omnes res creatæ sunt essentialiter dij, quod vtrunq; execramur.

Necq; etiam in hac thesi quidquam desideramus, si rectè intelligatur. Videlicet eo modo secundum *ἁποστόλων* filiū Dei esse in assumpta carne vt de solo Christo dicatur: Verbum caro factum est, quod de alijs rebus creatis dici non potest: in quibus tamen filius Dei etiam secundum *ἁποστόλων* est. Sed aliter intelligere Bezam sequens thesis indicat.

5.

Vnica Christi caro non à Patre, nec à Spiritu sancto, sed à solo Verbo assumpta, eius *ἁποστόλων* suo secundū *ἁποστόλων* in æternū vnica est: ideoq; in Christo vno est quidem aliud & aliud, nempe diuina & humana *ἁποστόλων*: non autem alius & alius, quum vnus sit & idem Deus & homo, arcano ipsis etiam Angelis inenarrabili.



## C.

In hac thesi rectè affirmatur : Carnem Christi nec à patre, nec à spiritu sancto, sed à solo Verbo assumptā esse. Quoniam non natura naturam, sed persona videlicet secunda in natura diuina, assumpsit humanam naturam in vnitatem suæ personæ, non personę patris aut spiritus sancti. Sed falsum est, quod subiungit Beza: *σωματικῶς* & secundum *ὁμοίαν* vniri idem esse. In Christo enim vnio est duarum naturarum siue essentiarum non *ὑποστικῆς*, quæ fiat secundum substantiam, sed *ὑποστικῆς*, quæ fit in personam vnā, non in vnā essentiam. Ideoq; etiam diuina & humana natura non sunt essentia vnum, sed personaliter vnum. Causam supra copiosius exposui.

Sed cum apud omnes gentes, ne dicam Christianos, extra omnem controuerliam positum sit, Deū, quoad *ὁμοίαν* in rebus creatis omnibus esse, essentialis præsentia filij Dei carnem Christi, à nullius sancti hominis carne discernit, sed corporalis inhabitatio, quam Cyrillus alijs verbis explicat, & docet: id eò omnem plenitudinem Deitatis corporaliter habitare in Christo, quia assumptam naturam sibi propriam fecerit, vt in ea habitet tanquam in proprio corpore, quæ etsi, quoad *ὁμοίαν*, in omnibus sanctis sit, in illis tamen non habitat, tanquam in proprio corpore, quo vno, verbis Cyrilli, proprium discrimen personalis vnionis posuit Beza.

*Beza negat:* Minimè autem sequitur, quod Beza falso colligit:  
*Deum essentialiter in omnibus* si essentia diuinitatis sit in sanctis propterea vel Christum non essentialiter Deum, aut omnes creaturas Deos

Deos fore. Id quod ex refutatione sextæ thesîs facilius *rebus creatis* intelligitur. Non enim protinus Deus est aut *dis esse*. citur, in quo Deus verè & essentialiter est, sicut mox patebit, nec Christus desinet esse essentialiter Deus, si maximè diuinitas eius iuxta essentiam in omnibus sic creaturis.

6.

Hanc unionem *συνωσινω*, siue *ἑνωσινω*, siue *ὑποσινω*, siue personalem, consequitur summa & inexplicabilis energia: secundum quam tamen caro Christi à reliquis creaturis, non simpliciter & propriè, sed tantum comparatè differt: ac proinde pessimè sentiunt, qui Christi à Petro atq; adeo quibusvis alijs rebus discrimen, non ab *ἑνωσινω* unionè, sed à diuinitatis energia sumunt, secundum quam nec Christus, nec quidquã aliud vel in cælo, vel in terra propriè Deus dici potest aut debet.

In hac conclusione tria corrigenda sunt. Primũ est: *Cur in Christo* quod unionem *ἑνωσινω* & *ὑποσινω* confundit & utrã non sit unio que per *συνωσινω* cõprehendi existimat, cuius discrimen *ἑνωσινω* nunc aliquoties ostendimus. In unione enim essentiali partes sese mutuò perficiunt. Id nullo modo in unione duarũ naturarum in Christo affirmare possumus. Nam humana quidem natura accipit aliquid à diuina, sed diuina nihil accipit ab humana, quam neq; perficit, neque debilitat. Ideoque personalis est unio & non essentialis, qua persona Verbi in vnitatem sue personæ naturam humanam accepit. Nullo modo autem.



autem vnā essentiam efficiant, sed vnā personam tantum, quæ duabus diuersissimis constat substantijs & essentijs. Alterum est: quod affirmat secundū energiam, quæ personalem vnionem sequitur, carnem Christi à creaturis reliquis non simpliciter & proprie, sed comparatè tantum differre. Cum enim diuinitas filij Dei non habeat ab humanitate separatas actiones, sed per eam omnia faciat, contrariū est verū: videlicet energiam carnis Christi simpliciter & proprie differre ab energia in sanctis, quorum sunt separatæ actiones, quemadmodum & separatæ personæ. Ideoq; vt supra quoq; dictum est, toto genere differunt ab actionibus Christi.

Postremum est: quod in sola energia extra vnionem arbitratur nos constituere discrimen Christi à Petro aut quouis alio sancto. Aliquoties autem nunc dictum est, energiam Christi ipsa vnione natura posteriorē esse: nisi enim vnio præcessisset, energia hæc hominis Christi non secuta fuisset: quæ vnio non nisi per energiam quid sit, definiri & explicari potest. Quapropter rectè quidem Beza dicit: propter solam energiam neque Christum, neq; quidquam aliud vel in cælo, vel in terra proprie Deum dici posse aut debere: sed quod cōtra nos nihil facit, qui posita vnione per energiam, ab omni alia habitationem Dei in Christo discernimus, qua Deus omnia per hanc assumptam naturam & cū ea facere dicitur. Id enim est, quod Cyrillus dicit: Verbi propriū fieri corpus.

7. Hæc *ὑπόστασις*: vnio Verbi & carnis ab ipso incarnationis momento facta est, nunquam desitura. Energia verò Verbi certis gradibus sese assumptæ naturæ in  
 sinuauit,

sinuauit, tantisper, dum in eius temperaria infirmitate totum salutis nostræ mysterium impleretur.

Denuo hæc refutandum est, quòd vnionem Verbi & carnis perpetuò arbitratur esse *δύοις ἀδμή*, quod nemo orthodoxorum neq; veterum neq; recentium sensit: qui pariter omnes vnionem hanc personalem, non essentialem esse dixerunt.

Hoc autem verissimum est, facta naturarum vnione ab ipso incarnationis momento, energiam Verbi non statim sese per assumptam humanitatem exeruisse: sed paulatim, & certis quasi gradibus assumptæ humanitati insinuasse. Personali autem vnione nihilominus Christus secundum humanitatem hanc energiam habuit: quam si voluisset, etiam statim exerere potuisset. Voluntaria enim erat hæc exinanitio: quòd cum esset in forma Dei iuxta humanitatem, hanc formam tamen non vsurpauerit, sed ad tempus celauerit, donec salutis nostræ mysterium impleretur.

8.

*Temporaria hæc carnis infirmitas, nostræ per omnia, excepto peccato, similis, voluntaria quidem fuit: non tamen ficta, sed verissima, & ex consueto naturæ humanæ ordine: vt nulla hæc sit, quod ad ipsam carnem attinet, extraordinaria œconomia imaginanda.*

Quod hæc de œconomia dicitur, patet ex proxima *œconomia Christi* præcedente thesi, quomodo intelligendū sit. Cum *si tempore exinanitionis.* enim voluntaria fuerit carnis Christi infirmitas, et non ficta fuerit, sed vera, ab infirmitate tamen aliorum hominum longè discernenda est. Siquidem aliter  
O • potuiss



CIII.

potuisset si voluisset. Alij autem homines aliter non possunt, quàm necessitatem cursus naturæ ipsis imposuit. Ad hoc discrimen denotandum œconomia vocabulo veteres & recentiores vsi sunt, quod mera voluntate, nulla autem naturali necessitate hanc infirmitatem subierit Christus.

9.

*Veritas harum naturarum, & ipsius infirmitatis tempore, & post eam depositam semper retinenda est, ne Christus vel Deus, vel homo vnquam desierit*

10.

*Est autem hæc naturarum veritas in eo posita, vt illarum neq; essentia, neq; essentielles proprietates vlllo modo immutentur, ac multò minus abolentur.*

His duabus thesibus simpliciter assentimur.

11.

*Diuinitas igitur Verbi, quum carnem sibi vniret, qualis erat, talis etiam permansit: quamuis carnis respectu, cui sese secundum dicitur vniret, sese dicatur exinaniuisse. Hoc enim est, quod Paulus formæ exinanitionem, & veteres orthodoxi œconomiam vocarunt.*

Hæc thesis seipsam refutat. Cum enim asserat: diuinitatem permansisse, qualis ante incarnationem fuit, nulla ratione sese exinaniuit, seu (vt Pauli vocabulo vtamur,) euacuauit. Sed hoc totum personæ Christi tribuitur propter humanitatem, ratione cuius Christus non fuit ipsa forma Dei, sed in forma Dei, hoc est, personaliter huius formæ particeps: quam si voluisset, potuisset etiam statim exerere, & vniuerso mundo declarare: sed ratione humanitatis suæ ita fuit euacuaus, vt nihil in ea appareret, supra consuetum naturæ ordinem:

ordinem: cum hæc forma Dei per formam serui tege-  
retur. Sic humanitatis in Christo sunt tres gradus. *Gradus huma-*  
Primus est acquisitionis, qua in ipsa vnione *nitatis in Chri-*  
humanitatis in formam Dei receptus est. Alter ex *sto tres.*  
acquisitionis, qua non semper hanc maiestatem vsurpauit  
& exeruit. Tertius est receptionis, qua omni forma  
seruili deposita & abiecta in forma Dei totius cœli &  
terræ administrationem habet, & cum Deo patre om-  
nia etiam iuxta humanitatē gubernat & administrat.  
Et docet ipse contextus in Paulina Epist. exinaniti-  
onem & exaltationem Christo respectu vnus, & non  
duarum naturarum tribui, sicut Cyrillus in octauo  
thesauri sui libro proluxè disputat, eam naturam exis-  
nantiam, quæ exaltata est: sicut enim diuinitas exal-  
tari non potest, ita etiam nec exinaniri potest, quæ in  
seipsa manet immutabilis.

12.

*Homo iste vicissim hac sui assumptione esse Deus & dici cœ-  
pit: at non in sese, sed quatenus in vnum v̄φis ἰμνωσθ cum Verbo  
coalescens hæc caro, facta est Dei caro.*

Hic arrige aures, christiane lector. Debuerat hic *Beza Christo se-*  
Beza docere: an humanitas etiam permanserit, quod *cundum huma-*  
fuerat, an aliquid acceperit à diuinitate per vnionem *nitatem nomen*  
personalem. Sed eius loco nihil aliud subiicit, quam *tantum tribuit.*  
Christum hominem cœpisse esse, & dici Deum:  
nomen, videlicet, sortitum eius naturæ, quæ non  
modo dicitur, sed etiam est Deus: nomen tantum,  
non communicationem diuinitatis, de qua supra di-  
ximus. Id quod infra magis perspicuè explicabit per  
*αλλοιωσιμ* Zuingliū, quæ intra verba consistens mere  
O 2 verba-



verbalis est, nihil rei humanitati Christi tribuens.

*Qua ratione  
Christus, quate-  
nus homo, Deus  
dicatur.*

Nos autem perspicuis scripturæ testimonijs docemur, Christum secundum humanitatem non ita coe-  
pisse Deum dici & esse, quod nomen tantum partici-  
pet, aut cum diuinitate coniunctus sit eo modo, quo  
Beza opinatur, quo nihil humanitati Christi accede-  
ret: se dhâc ob causam, quia diuinitas per assumptam  
humanitatem omnia faciat suæ omnipotentiae opera:  
& hoc modo caro Christi peruenerit in totam opera-  
tionem Verbi: quæ participatio non est res intra ver-  
ba tantum consistens, sed realis & summa maiestas,  
quæ nulli neq; Angelicæ neq; humanæ naturæ extra  
Christum contigit. Sicut enim oculus ex corpore  
euulsus, & ab anima separatus, oculus non est, sed cum  
anima in corpore coniunctus vim visionis accipit, quæ  
sua natura caret, quæ participatio non est res intra  
verba consistens, sed vera res, quæ omnibus ferè reli-  
quis sensationum instrumentis præfertur oculis: Ita  
etiam unio personalis τὸ λόγος cum humanitate assum-  
pta, non est verbale quiddam, sed maiestas tanta, quæ  
substantiam humanitatis non evertens, eam tamen sus-  
pra omnes creaturas euectam iuxta Deum collocat,  
eamq; totam omnium operationum Dei facit parti-  
cipem, quas λόγος per humanam naturam operatur, in  
vnitatem assumptam. De quo in 17. thesi plura.

13.

*Hæc eadem caro suo ministerio in terris defuncta, & postea sus-  
pra omnes cælos illos visibiles euecta, ibidem etiam Angelis in-  
enarrabili gloria perfruitur: quod verumq; distinctè duobis illis  
articulis: Ascendit in cælos, sedet ad dexteram Dei patris,  
significatur.*

In hæc

CVII.

In hac thesi duplicem statum humanitatis Christi *Gloria Christi* confundit, gloriæ videlicet & maiestatis: inter quos *comparatè* descriptura diligenter discernit, qui duobus articulis *fert à sanctis*. Nam quod in symbolo Apostolico expressi sunt. Nam quod Christus post resurrectionem adeptus est gloriosum & spiritale corpus, eoq; in cœlos ascendit, hoc cum pijs & Christianis hominibus, ratione tamen & gradibus differens, habet commune, quorum corpora ipsi *Phil. 2.* us corpori glorioso conformia erunt. Sed quod sedet *Maiestate Christi* ad dexteram Dei Patris omnipotentis, id eius gloriæ *stus non comparatè* & maiestatis est: ratione cuius non comparatè, *sed ratè sed simplicitè* & propriè ab omnibus creaturis differt. *ter à sanctis differt.* Hęc peculiari articulo fidei expressa est: Sedet ad dexteram Dei Patris omnipotentis.

Malè ergò facit Beza sicut alij omnes opinionis sue sectatores, quod inter hęc duo nō discernunt: qua cōfusione seipfos & alios inuoluunt, & in errorem pernitiosum à veritate abducunt.

14.

*Quæ sit istius maiestatis conditio nec mente percipi, nec verbis explicari à quoquam hominum potest. Testatur tamen scriptura, & credendum omnino nobis est, hanc gloriam carni Christi, neq; corporæ essentiæ, neq; essentialis humane naturæ proprietatis ademisse: sed in enarrabiliter perfecisse.*

Præter confusionem gloriæ & maiestatis in hac thesi quoque nihil à me improbat. Neq; enim de verbis litigamus, sed maiestate hominis Christi pugnamus, quæ summa est, non verbalis, sed realis.



*Nota.* Vna est vnius Christi Dei & hominis gloria, cuius sedes in  
*Nota.* caelis est, & non alibi: potestas autem & imperium per caelum  
 & terram, sicut & ipsa diuinitas patet.

In hac conclusione Beza carnales suas cogitationes  
 prodit, non modo de Christi hominis, verum etiam ip-  
 sius Dei sede, quae nihil aliud est, quam dextera Dei, in  
 qua Christus secundum humanitatem collocatus est:  
 quam sedem expresse in caelis & non alibi collocat  
 Beza. Sed vnde hoc nobis probabit? Num ex hoc Es-  
 saia: Coelum sedes mea? sed idem Propheta terram  
*Esa. 66.* partem sedis huius facit, in qua collocandi sunt pedes  
*Iere. 23.* Dei, qui coelum & terram implet. Quin potius his ver-  
 bis infinita Dei essentia explicatur, quae non magis  
 est in caelo quam in terra, vt potius ibi sedere dice-  
 retur, quam in terra. ideoque etiam sedes eius non ma-  
 gis in caelis est, quam in terra. Sed fingit Beza Regi-  
 am quandam Dei in caelis, extra quam etiam Deus  
 imperet, quae tamen sola Dei sedes sit, localis videlicet  
 in qua Christus secundum humanitatem colloca-  
 tus, praeter reliquis hominibus beatus splendeat. Quae  
 nihil aliud sunt, quam sine Verbo Dei rationis huma-  
 nae de rebus diuinis phantasmata.

*Triples ratio  
 gloriae in Chri-  
 sto.*

Quare vt rem ipsam manifeste explicem, triplex  
 est in Christo gloriae consideratio. Prima est diuinitas  
 per se, quae eius quoque est essentia. Altera est hu-  
 manae naturae in se consideratae, quatenus spiritualis  
 & gloriosa per resurrectionem et ascensionem in caelos  
 effecta est. Tertia est humanitatis Christi non in se  
 consi-

## CIX.

consideratæ, sed quatenus est à filio Dei in vnitatem personæ assumpta, per quam assumptionem Christus secundum humanitatem effectus est cœli & terræ atque inferni Dominus. Hæc nisi quis discernat diligenter, facile in hoc mysterio impinget, cuius expressa sunt scripturæ testimonia, alias prolixè commemorata.

*Eph. 1.  
Marb. 28.*

16.

*Prudenter distinguenda sunt in salutis nostræ mysterio explicando, quæ de Christo toto, siue de ipsa persona dicuntur, ab ijs quæ alteri tantum naturæ competunt: quoniam sicut suis proprietatibus, sic etiam operationibus naturæ ipsæ distinguuntur.*

Rectè monet Beza, prudenter prædicationes distinguendas, quæ non eodem modo & ratione personæ Christi tribuuntur. Causa verò est discriminis, quòd humanitas non assumpsit diuinitatem, sed filius Dei in diuinitatem suæ personæ assumpsit humanitatem. Et quoniam diuinitas nihil ab humanitate accipit, sed ipsa humanitati non modo multa, sed omnia dat, hinc natum est discrimen prædicationũ, sicut & operationum de persona Christi, quas breuiter in refutatione 17. conclusionis recitabimus.

17.

*Si quando proprietates istæ videntur permutari, ut cum Deus gloria dicitur crucifixus: & filius hominis tunc fuisse in cælo, quum esset cum Nicodemo in terris, tropus est & Molossis intra verba consistens, in quo tamen nulla est falsitas: quamuis re ipsa nec hominì communicetur, quod est*



*in Deo incommunicabile: nec vicissim Deo, quod incommunicabile est in homine.*

18.

*Hæc autem ἀμοιβάρις siue verbalis ἰσομετρία καὶ ἰσονομία inducta est, & ideo verè est, quòd propter unitatem personæ Christus totus interdum ex altera tantum natura denominetur.*

Hæ duæ Conclusiones sunt planè impiæ, quæ humanitatem Christi omni sua maiestate spoliant, in quam per vñionem personalem, & sessionē ad dexteram Dei est euecta. Impietatem autem deprehendet lector, si in memoriam reuocet, quæ paulò antè dicta sunt de prædicationum diuersitate, & naturarum dissimilitudine. Natura enim diuina immutabilis est, & eodem modo sese semper habet: humana autem natura mutabilis est, & sese non semper eodem modo habet. Deinde natura diuina ab humana nihil accipit, sed dat humanæ naturæ. Humana verò natura diuinæ nihil dat, sed ab illa omnia accipit.

*Diuersitas prædicationum in persona Christi.*

Hinc patet, non eodem modo dici: Deum gloriæ crucifixum, & hominem Christum in cælo esse, quum loqueretur cū Nicodemo in terris. Diuinitas enim, quæ impassibilis est & manet, non est passa: sed humanitas Christi verè est in cælum euecta, & natura talis est, vt possit euehi in cælum, cum natura diuina non sit talis quæ possit pati. Hæc etiam ab imperitis intelligi possunt & indoctis. Quapropter fallitur Beza & fallit, qui eodem modo vtrunq; de Christo prædicari existimat. Deinde manifestum est, Christi humanitatem sua maiestate per confictum hunc tropum ἀμοιβάρις spoliari

spoliari. Si enim eadem est prædicatio proprietatum diuinæ naturæ de humana, quæ est proprietatum humanæ de diuina natura, Diuina autem natura nihil accepit ab humana, sequitur, humanam quoque naturam nihil accepisse à diuina. Nihil igitur gerit nunc Christus, quoad humanitatem, quam inanes titulos & maiestatis appellationem, cuius non re ipsa, sed verborum tantum sit factus particeps: nec peruenerit in participationem omnium operationum diuinæ naturæ: sed ita sit cū Verbo vnita humanitas, vt diuinitas seorsim suas operationes exerceat, et humanitas seorsim suam quoque administrationem et actiones habeat cum Angelis & beatis hominibus in cælo, qui cum Christo resurrexerunt. Quod reuera est personæ vnitatem tollere, & naturas in Christo cum Nestorio separare.

Quod igitur ad communicationem Idiomatum attinget, sic se res habet. Si quando proprietates, quæ diuinae naturæ per se sunt & propriæ, toti personæ tribuuntur, nullo modo per confictum tropum (quem *de communicatione Idiomatum.* *αμοιωσις* Zuinglius appellat) explicandum est. Cum enim *αμοιωσις*, nihil aliud sit, quam verbalis prædicatio de rebus, quæ ita coniunctæ sunt, vt nihil sibi inuicem eorum communicent, quæ ipsæ sua natura sunt, pronus ab hoc mysterio alienissima est. Diximus enim nunc aliquoties, & scripturæ testimonijs firmissimis demonstrauimus, quod diuinitas humanitati non quædam tantum aut multa, sed omnia communicauerit per vñionem personalem, quæ etiam reuera tam de humanitate quam de diuinitate Christi dicuntur: non verbotenus tantum sed reuera, & vt aliàs dictum est, significatione vocabuli *πρός τὸν υἱόν*, vt quod



filii Dei habet per naturam, id filius hominis (vt cum Augustino loquar) per gratiam habeat.

*Filius hominis  
reuera fuit in  
caelis quum lo-  
quebatur cum  
Nicodemo.*

Sic filius hominis in caelo esse dicitur, & reuera etiam fuit, non modo secundum diuinitatem verum etiam secundum humanitatem, quando cum Nicodemus loquebatur. Omnibus enim caelis excelsior factus est Christus secundum humanitatem, quando in unitatem personae à Deifilio humana natura assumpta est: nisi affirmare velimus, Deum caelis inferioriorem, & caelos Deo superiores esse.

*Quomodo Deus  
gloriae crucifi-  
xus dicatur.*

Alia autem ratione dicitur Deus gloriae crucifixus. Nam etsi non sola caro Christi passa est, sed Christus in carne, hoc est, persona, diuinitas tamen non eo modo recipere potuit passionem, sicut humanitas maiestatem. Quoniam diuina natura in se immutabilis est, nec quidquam recipere potest, sicut humanitas, quae est capax eius maiestatis: quae ipsa humanitas per se non est, sed eam accepit & habet.

Hanc diuersitatem praedicationum, si lector diligenter perpendat, facile errorem aduersariorum deprehendet, apud quos axioma hoc est certissimum: eodem modo dici: Humanitas Christi est omnipotens, & omniprensens, quo dicitur: Diuinitas est passa & mortua: cum sint diuersissimae praedicationes, propter naturarum diuersitatem, quarum vna mutabilis est, altera immutabilis.

19.

*Nullus ergo istius tropi vsus est in discreto, puta diuinitate vel carne: sed in concreto tantum, puta a Deo vel homine.*

Nos contra, simpliciter nullum vsuum huius tropi esse affirmamus, siue in concreto, siue in discreto consideres.

deres. Nam etsi alio modo prædicetur propria humanae naturæ de diuinitate in Christo, quam propria diuinae naturæ de humana: tamen nulla earum verbalis est in persona Christi. Non enim caro Christi sola à diuinitate separata passa est: nec homo tantum nos redemit à peccato & maledictione legis, sed Deus passus est in carne, & Deus homo nos redemit, non homo simpliciter aut humanitas. Neque obstat quòd diuinitas sit impassibilis, nam hoc ipsum est mysterium: Deum non verbòtenus, sed verè redemisse Ecclesiam suo proprio sanguine. Operatio redemptionis non fuit solius humanitatis, sed & diuinitatis: quæ per ad Moisés ad humanitatem solam refertur, & non nisi verbòtenus diuinitati tribuitur, quod non sine impietate contra manifestas scripturas asseritur.

Quare ad Moisés prorsus et penitus ab explicatiōe huius mysterij remoueamus, quæ alienissima est. Etenim quòd naturæ in æternum non separentur: sed communicatio hæc fit in concreto, quæ humanitatem reuera & non verbòtenus in summam maiestatem euehit, vt cum Deo in pari gloria, & maiestate regnet. Diuinitas autem, quæ impassibilis est & manet semper, in passione & morte cum humanitate coniungitur, vt operatio redemptionis non sit solius hominis seu humanitatis, sed etiam deitatis, hoc est totius personæ Dei & hominis: quam vnionem & coniunctionem ad Moisés non explicat, sed honorem diuinitati adimit, dum verbòtenus tantum etiã in concreto de Dei filio prædicatur, & personam Christi discerpit, naturasq; separat. Sicut à D. Luthero piè memoriæ contra Zuingliũ

*Simpliciter nullus vsus tropi ad Moisés in hoc mysterio.*

*Act. 10.*

*ad Moisés adimit Deo honorem redemptionis nostræ.*

*rem redemptionis nostræ.*



*Filius Dei ver-* grauititer explicatum & demonstratum est. Nam iuxta  
*botenus iuxta* *ἀνοίας* filius Dei verbotenus tantum erit redem-  
*Bezam noster* ptor & saluator noster, cum ipsi verbotenus tantum  
*redemptor.* adscribantur redemptionis nostræ opera: quo maior  
 impietas in Christum confingi non potest

*Lib. 3. cap. 21.*  
*Redemptio mundi*  
*maius opus,*  
*quàm creatio*  
*mundi.*

Quod enim Irenæus inquit: Christum passum esse  
 quiescente Verbo, non hoc voluit dicere, nullas pro-  
 fus fuisse Verbi partes in hoc opere, quod ipsa creatio  
 ne mundi maius est, si Augustino credimus: sed ita  
 quieuisse dicitur, vt in carne passionem & mortem  
 non impedierit, vt verè pateretur & moreretur. In-  
 terim tamen per hanc passionem & mortem ipse  
 λόγος operatus est nostram salutem, quæ homini siue  
 humanitati Christi fuisset impossibilis. Neq; enim hu-  
 manum genus redimere potuisset, nisi ex virtute diui-  
 nitatis, quam ex vniōe habuit, nec iram Dei, peccatū,  
 mortem, & inferni dolores, superasset: quæ virtus so-  
 lem obscurauit, terram concussit, sepulchra aperuit,  
 petras scidit: & alia miracula operata est, Christo in  
 carne verè patiente & moriente, & nihil horum in se-  
 ipso sentiente, sicut supra satis declaratum est.

*Luth. To. Ger.*  
*3. lbenensi. Fol.*  
*495. Anno*  
*1560.*

Quapropter, Christiane lector, te diligenter admo-  
 nitum volo, vt consideres quantum impietatis sub  
 hoc tropo *ἀνοίας* lateat, qui speciem aliquam veri  
 habere videtur. Verum si rectè expendas, non modo  
 Christi humanitatem omni sua maiestate spoliat, sed  
 diuinitatem quoq; ab opere redemptionis nostræ ex-  
 cludit, soli q; humanitati tribuit. Manifestè enim affir-  
 mat Beza cū suo Zuinglio, verbalè hanc esse tantum  
 commu-

CXV.

communicationem, qua nihil horribilius dici potest, de qua re iudicium penes Christianum lectorem esto.

20.

*Malè igitur Nestorius naturas separans, negabat Deum esse natum, & crucifixum.*

Idem nos quoque affirmamus: sed interim nunquã concedimus, hæc per *αὐτὸ ὄντι* tantum de Deo prædicari. Sic enim non verè, sed verbotenus tantum, & prædicatione verbali Maria esset *θεοτόκος*, quod ne ipse quidem Nestorius impugnauisset vnquam, qui hoc maximè agebat, vt eiusmodi prædicationes demonstraret, esse verbales tantum prædicationes: cum nũquam negasset in vtero D. Virginis naturas personaliter vnitas. Verba Nestorij hæc sunt: Verum, quoniam in eo qui assumptus est, Deus est, propter eum, qui suscepit, tanquam susceptori coniunctus, vnà cum illo Deus **VOCATVR.** Quin rectius ipso Beza Nestorius loqui videtur: Eum, inquit Nestorius, qui tribus diebus in morte permãsit, **H VNC** cum diuinitate, tanquam diuinæ authoritatis cooperarium adoro. Hæc tenus Nestorius.

*Vide appendicem in Cyrillo.*

Sed expède quæso, mi lector, hæc cum Beza *ἀμιώτα*, Beza minus tri- & iudica, vter plus Christo tribuat secũdum humanitatis *buit humanitati Christi quàm Nestorius.* Beza dicit, verbotenus & verbali tantum communicatione, quæ diuinitatis propria sunt, de Christo homine prædicari. Nestorius autem manifestè affirmat, hominem Christum esse diuinæ authoritatis cooperatorem.



CXVI.

Malè ergò Nestorius, sed multò peius & pessimè  
D. Beza, qui non nisi verbali communicatione De-  
um passum & crucifixum affirmat.

21.

*Et malè rursus Eutyches, naturas confundens, diuinitatem  
natam & crucifixam putabat.*

Vnde hæc habeat Beza, fateor me ignorare. Euty-  
cheti enim hæresis tribuitur, quòd asseruerit pertinaciter,  
humanitatem Christi post resurrectionem & ascensionem in  
coelum, in diuinam naturam commutatam esse.

*Quomodo Deus  
passus.*

Siue autem Eutyches siue alius quisquam sensit:  
diuinitatem natam, passam, crucifixam, anathema esse  
pronunciamus. Diuinitas enim sicut æterna est, rerum  
omnium creatrix, ita etiam immutabilis est, et permanet  
semper: ideoque ratione sui & per se, neque nasci,  
neque pati, neque mori potuit, impassibilis mansuens  
semper. Sed qua ratione in ipsam quoque redundet  
passio, propter quam causam non homo tantum, sed etiam  
Deus passus non modo dicitur, sicut Nestorio & Bezae  
placuit, sed etiam passus est, id nobis explicabit, qui  
nos docere potest, quam arcto vinculo filius Dei cum  
assumpta natura personaliter vnitus est. Quæ explicatio  
facilis esset, si vnio personalis duarum naturarum in  
Christo essentialis esset, id quod Beza affirmat &  
propugnat. Passiones enim omnes corpus cum anima  
habet communes, propter vnionem essentialem animæ  
cum corpore: quod eodem modo de persona Christi  
affirmare non possumus, quum natura diuina perficiat  
humanam, humana autem diuinam

CXVII.

nam non possit debilitare, neq; tamen sola caro passã  
est, sed Deus in carne.

22.

*Sic etiam verum est, Christum hominem esse ubiq;: Christi  
verò carnem esse ubiq;, non item.*

Fatemur nos quoq; carnem Christi per se & in se  
ipsa consideratam non esse, neq; fuisse, neq; fore un-  
quam ubiq;, quæ est & manet natura & proprietate  
substantiæ suæ finita. Sed quando dicimus: homi-  
nem Christum esse ubiq;, nõ eo modo interpretamur  
sicut Beza per *α' μοιωσ'ip* suã, quasi sola divinitas Chris-  
ti ita sit ubiq;, vt nulla ratione aut modo hanc maies-  
tatem humanitati assumptę communicauerit, sed ver-  
bali communicatione & verbotenus tantum commu-  
nicauerit: sed ita dicatur esse ubiq;, quia re ipsa & ve-  
rè Christus secundum humanitatem sit collocatus ad  
dexteram virtutis & maiestatis Dei, qua ipse quoque  
homo cū Deo omnibus rebus præsens omnia videat,  
omnia cum Verbo omnipotenter operetur. Quæ ma-  
iestas scripturæ testimonijs apertissimis est confirma-  
ta.

Atque hoc modo carni Christi per se, aut absolu- *Quomodo sit car-*  
tiuè, si qua physica fuit, aut nunc gloriosa, hanc maies- *ni Christi reali-*  
tatem realiter communicatam esse dicimus: sed pro- *ter maiestas*  
pter aliud, videlicet propter vnionem personalem, *communicata.*  
qua non verbotenus, sed reuera supra omnes coelos  
est exaltata. Hæc si vera nõ sunt, falsa est & vana fides  
nostra, qua homini Christo non per attingentiã ali-  
quã maiestatis appellatio tribuitur, quã tamẽ reuera  
non



non habeat, sed talis maiestas, quam vt homo etiam reuera habeat, sicut corpus communicationem omnium potentiarum animæ, essentialiter vnitæ, habeat, cuius cum anima sunt communes operationes, non verbales sed reales: & sicut oculus reuera videt, non sola anima, ita humanitas verè cooperatur diuinitati, & non sola humanitas.

*Beza similia nobis  
biscum loquitur  
& dissimilia  
sentit.*

Intelligit igitur lector vtcunq; quomodo interdum similiter nobiscū loquatur D. Beza, & dissimilia tamē à nobis sentiat: & homini Christo nihil rei, sed vanos titulos & appellationem maiestatis tribuat, re ipsa vero eum spoliēt.

23.

*Nam huius vnionis Christi essentialiter Dei & hominis diuinitatem omnia continere, & à nullo contineri: Carnem verò, quantumuis supra ipsos Angelos incomprehensibiliter glorificatam, tamen veram & finitam, ac suis dimensionibus corporeæ nature glorificatæ conuenientibus circumscriptam, cælis vsque ad tempora restitutionis omnium capi, ex scripturis credendum est.*

*Humana natura semper finita.* Nunc aliquoties repetitum est à nobis, carnē Christi ea ratione, quatenus gloriosa est effecta, in cælum receptam, & incomprehensibiliter glorificatam esse, & perpetuò manere, ratione suæ substantiæ, finitam & veram carnem. Idque ab omnibus orthodoxis firmiter credendum esse semper affirmauimus. Similiter quoque extra omnem controuersiam est, diuinitatem Christi omnia continere, & à nullo contineri.

Sed non minus firmiter credendum est, cū in Christo

sto

sto omnis plenitudo Deitatis habitet corporaliter, ita *Col. 2.*  
 contineri humanitatem assumptam in diuinitate, vt  
 humanitas in melioris virtutē eleuata, in totius Vers  
 bi operationem peruenerit, qua ratione Iustinus Mar *Quomodo huma*  
 tyr interpretatus est, & scripsit: templum illud pro *nitas Christi à*  
 prium oculo purissimo splendorem totius luminis ca *diuinitate con-*  
 pere, quod iuxta essentiam ex æquo omnibus adsit. *tineatur.*  
 Quatenus ergo Christus secundum humanitatem ad  
 dexteram Dei collocatus est, ita humanitas eius con  
 tinetur à diuinitate, vt extra illā tamen diuinitas nihil  
 agat, sed cū ipsa, & per ipsam omnia in cœlo & terra  
 administret. Neq; enim vno in loco tantum habet se  
 cum vnitam humanitatem, sed ex æquo in omnibus  
 locis, & non magis in cœlo, quàm in terra. Quoniam  
 humanitas non ad partem dexteræ Dei, quæ *quæ quæ*  
 est, sed ad totam dexteram Dei in Christo collocata  
 est, sicut totus λόγος etiam incarnatus est.

Quo minus autem hæc credantur aut intelligantur *Causa præcipua*  
 tur à Beza, in causa est, quoniam de diuinitate non pos *erroris Bezae &*  
 test cogitare sine quantitate: ideoq; illud semper in *sectatorum opi-*  
 ore habent, diuinitatem esse latioris ambitus quàm *nionis eius.*  
 humanitatem, quā similitudine annuli & orbis cœ *Beza sine quan-*  
 lestium explicant, sicut humanitatem per gemmam in *itate non potest*  
 annulo & corpus planetæ in suo orbe, quæ nihil aliud *de Deo cogitare,*  
 sunt, quàm de diuinitate phantasmata, in qua non est *qui est spiritus*  
 ambitus aliquis longus, latus aut profundus. Tolle er *non d'ffusus.*  
 go quantū à diuinitate, omnemq; de eo phantasmam, et  
 nō difficile fuerit per fidē hoc mysteriū comprehēde  
 re: vt intelligas, diuinitatē non mole, sed virtute, vt in  
 quæ Augustinus, magnā nihil sine humanitate assum  
 pra & per eā operari, & nusquā esse, vbi personaliter



non habeat assumptam naturam præsentem, quæ non in locum aliquem, sed in Deum personaliter est assumpta, in Deum inquam, qui neque locus neque in loco est, qua ratione omnibus locis & temporibus exemptus, ubique & semper omnibus rebus etiam secundum humanitatem Christus præsens est.

24.

*Nec propterea separantur Christi natura, quum nihilominus unum ὑφίσταμενον constituant, etiamsi caro, utpote finita non tam late pateat, quam diuina, utpote infinita. Siquidem ne in merè quidē naturalibus compositis, necesse est, ut ea, ex quibus componuntur, vno eodemq; loco simul contineantur.*

Rom. 11.

*Humana natura ratione essentia finita, ratione vnionis infinita est.*

Hæc thesis quoque, sicut & proximè præcedens, docet nos, quàm crassis phantasmatis oratio Beze occupata sit, quæ semper de diuinitate imaginatur aliquid quantum, ratione cuius humanitas assumpta non potest cum diuinitate æqualiter coextendi. Hæc phantasmata si remoueas ab infinita Dei virtute (est enim essentia Dei nihil aliud, quàm infinita Dei virtus à qua, per quam & in qua sunt omnia) etiam hæc absurda concidunt, quæ sibi humana ratio fingit. Caro enim manens finita ratione essentia, nihilominus extollitur per vnionē cū infinita natura personalem in infinitam virtutem, qua λόγος infinitus non seorsim hanc infinitam suam virtutem exercet in rebus creatis, sed per & cum humanitate assumpta, quæ diuinitati cooperatur in totius cœli & terræ administratione, nō quod natura diuina non possit sine assumpta natura humana gubernare omnia, sed quia nō velit.

Ad hanc communem operationem nihil pertinet localis præsentia, quæ omnium infima est, sed personæ





quod in Christo collocata est, nobis præsentem esse, & nobiscum etiam secundum humanitatem Christum præsentem agere, et non tantum spiritu aut diuinitate sola. Nec nobis ascendendum fide in hunc vel alium locum cœli, in quo solo sit Christus secundum humanitatem, quod etiam nusquam scriptura iubet. Sed vera fide respiciendum ad præsentem promissionem, quæ nobis præsentem Christum etiam secundum humanitatem pollicetur, sicut oculis panem, & calicem præsentem aspiciamus. Et quemadmodum nobis non opus est ad illum ascensu, ita Christo non opus est descensu ad nos, cum dextera Dei neque sursum sit neque deorsum, sed præsens: ita quoque Christus secundum humanitatem, quia sedet ad dexteram Dei, neque sursum neque deorsum querendus est, sed præsens eo modo, quo Verbum demonstrat: non pro ratione huius seculi, sed pro ratione dexteræ Dei, ad quam iuxta humanitatem collocatus est.

*In Eucharistia non opus est ascensu aut descensu.*

Adest autem in Eucharistia sacramentaliter, hoc est, tanquam cibus & potus, in quo non modo anima et spiritum nostrum pascit, sed corpus quoque nostrum, sicut Irenæus loquitur, immortale reddit, ne mortem videat.

*Lib. 3. cap. 34.*

Quomodo spiritualis dicatur præsentia & manducatio corporis Christi. Spiritualem igitur hanc appellamus manducationem & præsentiam, non eo modo, quo Beza, quasi fide nobis ascendendum sit in aliquem remotissimum cœlesti locum, ut ibi Christum quæramus: sed hanc ob causam, quia modus præsentia corporis Christi sit cœlestis & spiritualis, videlicet quæ fiat iuxta rationem dexteræ Dei, quo modo nihil dici potest spiritualius. Sicut ergo Apostoli corpus Christi, quod oculis

*aspice*

aspiciebant, physicum non deglutiebant, ita & nos gloriosum, quatenus gloriosum, non deuoramus, aut carnem eius dentibus atterimus, sed in Verbum & sacramēta respiciētes, quæ ob oculos posita sunt, quibus Christus suo corpore & sanguine pro ratione dextere Dei præfens est, ipsum reuera præsentem, tanquàm cibum & potum vitæ æternæ percipimus, qui nos in vitam æternam pascit.

Et hanc spiritualissimam præsentiam & manducationem corporis Christi D. Lutherus piæ memoriæ *per corporalem appellauit corporalem, seu sacramentalem, quæ ore præsentiam in-* *Quid Lutherus per corporalem præsentiam intelligerit.* fiat: quoniam per symbola sacramentalia, quæ ore accipiuntur, simul etiam res sacramenti corpus & sanguis Christi verè dispensentur.

Nec hęc eo modo discernitur inter impios & pios, sicut in manducatione corporis Christi spirituali, quæ sola fit fide, de qua Ioannis sexto capite. Possunt enim in sacramento etiam impij hypocritæ corpus & sanguinem Christi ad iudicium accipere, qui tam præfens suum iudicium in illis exercet, quàm gratia sua fideles reficit. Quapropter etiam iudicium manducare ipsos, Paulus affirmat. *Impij hypocritæ etiam accipiunt corpus Christi in cœna domini.* 1. Cor. 11.

Ex hac antithesi spero Christianum lectorem intelligere posse, qualis inter Bezam & nostrarum ecclesiarum ministros sit, vel consensus vel dissensio: quæ non modò innocentia nostrorum synceritasquæ doctrinæ vindicatur, quam piè profitentur, verum etiam impietas Zuïngliani dogmatis, vt ego quidem arbitrator, ita detecta est, vt existimem neminem esse, si modò in iudicando mediocrem diligentiam adhibere velit, quin intelligere queat.

Q;

Cum



*Beza minatur  
nobis exilium.*

Cum autem aliquoties Beza, nō modò ad te Princeps Illustrissimè Christophore, verumetiam ad reliquos Germaniæ Principes orationem suam conuerterit, vestriq; vos officij nō modò in cognoscenda hac controuersia, sed etiam & maximè in profliganda nostra doctrina, quam profiteamur, admonuerit: intermittere non potui, quin de acerbitate huius spiritus quoque commonefacerem, cuius passim multa tristitia extant, & ob oculos posita sunt exempla. Manifesto enim sese indicio prodit, quid nobis quoque expectandum sit, si contra nos obtinuerit, (cum doctrinam nostrā ex duabus furijs Euthychiana & Nestoriana conflata, utraq; deteriorem execrandam & profligandam sine fine in hoc suo libro declamitet Beza) et quæ nostra futura sit fortuna, facile diuinare licet. Neque enim meliora nobis polliceamur, quàm pius Athanasius ab Arrianis est perpeffus.

*Christophorus  
Dux Vuirten-  
bergensis nihil  
dubitat de do-  
ctrina nostrarū  
ecclesiarum.*

Sed oro Princeps Illustrissimè T. C. vna cum reliquis Principibus nos vicissim quoq; audire velitis. Etenim non negamus, impiæ de Christo & Sacramentis eius doctrinæ nullū locū in Ecclesia esse concedendū. Sed speramus, imò certò persuasi sumus, Tuā Cels. ex eo tēpore, quo vera Christi cognitio in animo tuo exorta est de veritate & sinceritate nostræ doctrinæ nunquā dubitasse, quæ Prophetiis & Apostolicis testimonijs confirmata, sanctorū Patrū consensu approbata, ad nos trāsmissa est: Qua veram corporis & sanguinis Christi præsentiam asseruimus, & maiestatem humanitatis eius declaramus, propter quam ad dexteram virtutis & maiestatis Dei collocatus, omnibus rebus creatis præsentissimè adest. Zuinglianos verò contra manifestum & expressum Christi verbum verum

rum corporis & sanguinis Christi præsentiam negantes, humanitatem eius à dextera Dei auellere.

Semel enim iterū atque iterum repeto: Si aduersarij *Fundamenta nostri expresso scripturæ testimonio probauerint: doctrinae suae non dexteram Dei esse certum aliquem locū in cælo aut possunt probare non nisi in cælo. Et: Sedere ad dexterā Dei in certo* *Zuingliani,* loco cæli esse, nos corā vniuersa Ecclesia Christi vel le *πὰ ἡδ' αἰρ.* Cur enim veritati monstrata non cederemus? Peruerse enim (vt Augustinus loquit̃) seipsum amat, qui ne videatur errasse, alios quoq; secum in errorē inducit. Sin verò id non possunt demonstrare, quod scio in aeternum præstare non possunt, Tua Cels. iudicet, qua temeritate id non modo affirmant, sed hoc errore posito, præsentiam corporis & sanguinis Christi in Sacramento cœnæ Dominicæ negent. Nihil certius est, nihil certius in quā ex scripturis et *Dextera Dei, Et: sedere ad dexterā Dei significare infinitā Dei potētiam: & sedere ad dexterā Dei, dextera Dei sedere quid sit.* dei nostræ indubitato articulo, quam dexterā Dei significare cum Deo in pari potentia & maiestate cœlum & terram præsens gubernare. Hæc nemo sobrius negauerit, nisi fidei nostræ articulos euertere velit. Hoc fundamento posito D. Lutherus pie memorie præsentiam corporis & sanguinis Christi in cœna probauit. Huius vestigijs insistimus, sicut ipse sanctorum Patrum & Apostolorum, apud quos sicut præsentia, ita & maiestas Christi certissima & indubitata fuit.

Non modo ergo T. Cels. verum etiam omnium piorum Principum, adeoq; vniuersæ Ecclesiæ iudicio totam hanc causam, vtraq; parte sufficienter audita, committimus, quæ neq; ita inuoluta, neq; tam difficilis est, vt nostri aduersarij clamitant, & imperiti quidam *Conuersa de maiestate Christi & cœna Domini non est difficilis.*



quidam arbitrantur, sed facilima, si modò quid dextera Dei sit, & sedere ad dexteram Dei, ex Catechesi aliquis didicerit, vnde Christus secundum humanitatem habet non hoc solum, sed omnia etiam reliqua, quæ supra communẽ naturæ cursum præstare potuit. Quæ maiestas illi per vnionem communicata est, quam etiam semper habuit: nec post resurrectionẽ alius collocari potuit, cum nihil possit Deo sublimius esse. Vnam enim personã fieri cum Deo, quod in vtero matris factum credimus, est in summam sublimitatem euehi, quam post ascensionem plenissimè usurpauit, quæ in statu inanitionis tecta fuit.

413.  
Portentosa in Polonia & Lithuania Zuingli-  
anorum non Lutheranorum  
sunt soboles.

Clamitat Beza In Polonia & Lithuania, velut ab inferis reuocatos, & palam loquentes et scribentes auidi Tritheitas, qui tres *solac* pro tribus in vna *solac* hy postasibus substituunt, Christum aperte secundarium Deum faciunt, quorũ nonnulli Macedoniani facti, ex Tritheitis Ditheitæ. Sed non ignorat, ex qua Schola prodierint hæc portenta, nõ Lutherana sed Cingliana, qui cũ verã præsentia corporis Christi in cœna negent, & cum Beza in hac controuersia faciant, propter ignorantia maiestatis, qua ad dexteram Dei sedet, non mirum est, si in tam tetros alios quoq; errores & hæreses prolabantur.

Azoara 4.  
Eadẽ Zuingli-  
anorum &  
Turcici Alcorani de Christo confessio.

Et quid quæso ipsi quoq; amplius tribuitis Christo, quam Turcicus ille Alcoranus: idque, mihi Beza, diligenter expendere velis. Verba Alcorani sunt: Omnium Prophetarum alio super alio per me sublimato, et eorum quibusdam cum Deo locutis, Christo Marię filio animã nostrã propriè conferetes, vim atq; virtutem præ cæteris præbuimus. Hactenus Alcoranus.  
Hæc

Hæc verba cū vestra opinione de Christo conferas, & deprehendes, eandem planè de Christo & illius & vestra esse confessionem, quæ humanitatis Christi facit propriam diuinitatem, sicut vos dicitis, diuinitatis proprium corpus Christi Mariæ filij, qui vi & virtute omnes Prophetas excellat. Iudicet æquus Iector, & nihil me fingere cognoscat.

Et hæc est incredulitatis digna pœna, quando humana ratio plus sibi ipsi quam expresso Dei verbo tribuens, mysteria regni Dei, suæ intelligentiæ modum comprehendere conatur.

*Pœna curiosæ  
maiestatis diuinae inquisitionis.*

Quapropter nisi in maiores incidere velimus errores, pedem a curiosa inquisitione maiestatis Dei reuocemus, & simplicitate fidei rationem nostram captiuam ducamus ad obediendum Christo, sicut in Assertionem meam motui.

*Admonitio.*

Quid enim periculi habet, si firmiter credamus: corpus et sanguinẽ Christi in cœna Dominica cum pane & vino distribui? siquidem ita locutus est Christus, qui procul dubio neminem propter hanc fidei simplicitatẽ in iudicium vocabit. Aut quid respondebit homo in die nouissimo, qui propter rationis iudicium institutioni Christi & veritati præsentia corporis & sanguinis eius in cœna detraxit?

*2. Cor. 10.*

*Simplicitate fidei nostræ nullum subest periculum.*

Quapropter denuo m. Beza per Christum oro atq; obtestor, vt te & admoneri & in viam reduci patiaris. Pacem & concordiam flagitas, ecce tibi parata est, & in Domino expedita, modo humanas & prophanas de Deo, de eius throno, de dextera Dei, de sessione Christi ad dexteram Dei abijcias. Nihil apud nos est dubij, nihil perplexi, nihil cum fide & religione Christiana pugnans. Omnia articulis fidei et scripturæ

*Concordia pia  
Beza & suis  
sepe oblata.*



1565123

CXXVII

sacræ consentaneè à nobis dicuntur. Nec video, quo modo dilucidius & magis populariter possint tradi, Nihil exclamamus, sed aperte, quæ sit nostra sententia per omnia scripturæ sacræ consentiens, dicimus, quam omnibus pijs & veritatem amantibus probatam iri confidimus, quorum iudicia non defugimus.

Hæc breuiter ad libellum Bezæ, quo veritatem doctrinæ nostræ explicare, & hac ipsa ministerium et personas nostras à damnatis hæresibus vindicare voluit, quas Beza domino Brentio & collegis eius impugnavit. Deum æternum patrē Domini nostri Iesu Christi oro, ut vel tandem perniciosis hisce certaminibus finem facere, & Ecclesiam suam ab offendiculis liberare velit. Id quod etiam futurū spero, siquidem non existimo aliquid posse afferri, quod non sæpe multumq; in explicatione huius controversiæ sit tractatum & pertractatum. Ideoq; necesse erit vel tandem discepcionis huius finem fieri.

ERRATA.

Fol. 30. lin. 2. alterum. 31. 9. firmiter. 34. 3. per. 36. 3. 20.  
41. 3. interrogati. 44. 13. sit. 46. 19. effusio. 56. 24. hebetudine.  
68. 19. candentis. 78. 4. sic. 89. 30. ipse. 85. 30. idolatra.  
89. 29. significatur. 92. 11. creatura. 92. 31. nulla. 94. 19. præ-  
sentia. 98. 7. pius. 125. 1. quam.

DE VNA PERSO  
na, & eius Natur  
Christi

Sententia Jacobi Schlegelii  
in articulo de personis  
in articulo de personis  
in articulo de personis  
in articulo de personis  
in articulo de personis

Amstelredami, in Officina  
Typographica, 1717.



INDEX

The first part of the book contains a list of the names of the authors of the papers read at the meetings of the Society. The names are arranged in alphabetical order, and the page on which each paper was read is given.

The second part of the book contains a list of the names of the authors of the papers read at the meetings of the Society. The names are arranged in alphabetical order, and the page on which each paper was read is given.

The third part of the book contains a list of the names of the authors of the papers read at the meetings of the Society. The names are arranged in alphabetical order, and the page on which each paper was read is given.

The fourth part of the book contains a list of the names of the authors of the papers read at the meetings of the Society. The names are arranged in alphabetical order, and the page on which each paper was read is given.

The fifth part of the book contains a list of the names of the authors of the papers read at the meetings of the Society. The names are arranged in alphabetical order, and the page on which each paper was read is given.

INDEX

The first part of the book contains a list of the names of the authors of the papers read at the meetings of the Society. The names are arranged in alphabetical order, and the page on which each paper was read is given.

The second part of the book contains a list of the names of the authors of the papers read at the meetings of the Society. The names are arranged in alphabetical order, and the page on which each paper was read is given.

The third part of the book contains a list of the names of the authors of the papers read at the meetings of the Society. The names are arranged in alphabetical order, and the page on which each paper was read is given.

The fourth part of the book contains a list of the names of the authors of the papers read at the meetings of the Society. The names are arranged in alphabetical order, and the page on which each paper was read is given.

The fifth part of the book contains a list of the names of the authors of the papers read at the meetings of the Society. The names are arranged in alphabetical order, and the page on which each paper was read is given.